
Biblioteka Jagiellońska.



№ 6019/1

II

6019/I

Ze spuścizny po kanoniku
Józefie Krukowskim
em. prof. U. J. † 1900

Dogmatica generalis.

Proœmium.

Tota doctrina quam tradituri sumus, et quæ Theologia dogmatica, seu etiam Theologia κατ' ἐξοχήν appellatur, i.e. sermo de Deo λόγος περὶ θεοῦ circa relationem versatur, in qua homo ad Deum religatur; quapropter facile intelligitur, ante omnia sermonem instituendum esse de ipsa indole et natura hominis, dein vero de existentia et natura Dei, porro de Religione, quia illud vinculum, quo homo ad Deum religatur, hoc nomine compellatur. Interim tamen disquisitionem super naturam hominis, missam facimus, eam ex disciplinis philosophicis notam supponentes, transituri ad Existentiam Dei, omnis religionis fundamentum. ℣ — ÷ — ÷

BIBLIOTH. UNIV. JAGELLONICAE

Pars prima.

Caput primum.

De Deo in genere.

De Deo sermonem instituentes imprimis loquimur de Ejus existentia, quantum natura nostra ducej, nobis innotescit; dein vero de natura Dei sumatim. — Jusio, rem hujus doctrinæ expositionem speciali Theologiæ reservantes.

§1. De existentia Dei.

Argumenta historica.

Si quoad fidem in Deum historiam consulamus, invenimus eam universalem apud omnes, etsi etiam diversi diversos conceptus de Deo sibi informent et informaverint: Nullam tamen, quod jam Cicero de legibus lib. V. cap. 8, et de natura Deorum cap 2 eloquitur: „gentem iam immanvuetam, neq. tam feram invenimus quæ non, etiamsi ignoret, qualem Deum habere deberet, tamen habendum sciat." Pari modo Maximus Tyrius

disertatione prima mirabitur: „Mortales, tum politos, tum barbaros, cum illis moribus, inolitis, Deorum formis et appellationibus dissideant, unam tamen communem legem ac sermonem habere: esse Deum!" – Et sane recentiores illineantes ipsam experientiam, quam omnis retro historia testatur, abunde confirmant, qua autem ea observatione historica sic argumentantur: Plic omnium populorum, qui regione, cultura, et indole adeo discrepant, in eandem ideam, eamq transcendentalem, consensus explicari non potest, nisi ponamus commune principium, quod rationem sufficientem hujus phoenomeni universalis in se contineat. – Et sane, si ad naturam humanam indolem, oculos convertimus, eam sic comparatam intelligimus, ut nulla fere idea propius ipsi adjaceat, quam illa ipsa: „Numen existere." – Nam Thesis I. Deum credimus provocati absoluta mentis nostrae actuositate. – (Actuositas et non imperitus effectibus virium enti alicui, sive rationali, sive irrationali inest.)

Thesis II. Confirmamur autem per ulteriorem reflexionem ad nos, mundumq sensibilem, qui nos circumdat. –

Argumentum ontologicum. Primam thesin sic probamus:

Radio humana sic est comparata, ut in cogitando imperfecto, conditionato et limitato non subsistat, sed necessaria functione, ab imperfecto ad perfectum, a conditionato ad absolutum, a limitato ad illimitatum afforgat, ut tali aliquo modo ideale omnium perfectionum, temporis et spatii limitibus non adstrictum, quod omnium phoenomenorum ultimam contineat causam et explicationem, quo alius et excellentius non detur, sibi efformet, sic ad unitatem absolutam enitatur, in qua omni differentia sublata, cogitare et esse, unum idemq sit, hunc demq habet, in quo quiescat, in quo functiones suas claudat,

quales demum illa sint. Haec sui demonstratione non egent, cum in propria cuiusque conscientia fundentur necessario, quapropter illa absoluta mentis nostrae actuositate mihi dicimus. Si vero nondum evictum est, huic ideae summae, cujus homo capax est, competere realitatem objectivam, seu existentiam, quod eam sem es eo probamus: quia secus homo non intelligeret, cur ad eam ideam summam ascendi posset facultate; - sed et quia mera idea, cui in realitate nihil respondeat, nequaquam sufficit ad functiones humanae rationis claudendas, et unitatem illam conciliandam, quam necessario postulat, et sine qua sibi ipsi contradiceret. Realitatem ergo necessario adjudicat homo ideae illi summae, seu Ens agnoscit supremum, et quidem a se et a mundo diversum, quod ultimum sic probamus: Sive enim se ipsum consideret homo, sive consideret mundum, omnia invenit contingentia et limitata, - praeter enim suae existentiae conscientiam, parum de se ipso scit, quod vel ipsa quaestiones quas quisque sibi conscius movet indigitant: Unde sum? Et quid de me futurum est? quae quaestiones nunquam possent moveri, si ultimam existentiae suae rationem, et ideale omnium perfectionum in se contineret homo, - mundum vero exteriorem, finibus intelligibilis physicis inservientem, ergo delerem se, et continuis sicut se ipsum mutationibus obnoxium, atque adeo contingentiam abunde declarantem, - nihil ergo superest, quod ut ponat illud ens, ad quod absoluta mentis suae actuositate ascendit, a se et a mundo esse diversum, - quod Ens cum Deum appellamus, patet existere Deum et ad cognitionem Ejus Existentiae nos absoluta mentis nostrae actuositate duci. -

Observatio 1. Sic facile intelligitur, cur omnes homines in hac idea transcendentali omnino, sensibusque nequaquam subjecta, mire consensu conveniant, quod enim cum natura ideae conjunctum et humana, non potest non omnibus patere, nec ulla re potest penitus obliterari, illud vel

invisis sese obtrudit, omnemq hominis vitam sic occupat, ut fa-
cile cogatur existentiam suam ab Ente illo supremo non posse evelli.-

Observatio II: Misce autem nequaquam volumus: ideam Dei esse ideam innatam, neque mera sensioni illam superstruimus:- non primum: quia ideis innatis in genere nullum concedimus locum, et quod praesens schema, ipsa diversitas conceptus Dei in diversis, de idea innata nos cogitare prohibet; non secundum: quia ipsius operationis rationis humanae, qua ad Dei existentiam assurgimus, sumus conscii, alq ideae ejus fundamentum scimus, quod in sensione cocca nequaquam obtinet.-

Corollarium I. Caeterum, qualem sibi ratio humana de Deo conceptum efformet, ex dictis non potest esse obscurum; per mentis enim actuositatem ad Ens absolutum ascendit, cogitat ergo sibi Deum tanquam ideale omnium perfectionum, quod existentia sua rationem in se ipso continet, sibi per omnia sufficiens, rerum omnium et phaenomenorum ultimam constituit causam, vel ex quo omnia, per quem omnia, vel in quo omnia.

Observatio I. Historiam diversos conceptus Dei exhibere, apud diversos e veritate quoque alienos, deinde docere una cum causa hujus phaenomeni. Diversitas illa materialis, conceptum formalem non tollit, quod nobis sufficit.

Observatio II. Perfectiones divinae, sive seu attributa analytica in conceptu absoluti continentur, et quamvis ab ipso Deo separari non possint, homo tamen distinguit ea ad conceptum clariorem sibi informandum.

Observatio III. Hanc v. illam perfectionem divinam lucidius mente observari, pendet a reflexione diversa sive ad se, sive ad mundum exteriorem instituta, per quam reflexionem rationes probandum.

Argumentum cosmologicum

§2. Existentia Dei ex reflexione probatur

Thesis II. Uberior haec reflexio potest v. praecipue mun-

mundum aspectabilem v. vero indolem nostram moralem spectare;
Ex priori consideratione oritur Argumentum Cosmologicum,
et Physico-teleologicum, - in quantum vel natura rerum creata-
rum, vel ordo pulcherrimus in mundo visibili observatur: ex
posteriori autem Argumento moralia, quæ iterum dupliciter
considerari possunt v. spectata indole morali hominis; conscii-
entiæ;, vel destinatione ejus. -
Quod primum Argumentum attinet, illud naturam rerum cre-
atarum eatenus considerat, quatenus eadem sunt contingentes
et sic sonat: Si quid existit contingens, pendeat ab absoluto
necesse è, secus enim haberemus fluvium sine fonte, et mens
humana in voraginem abriperetur, ibiq contradiceret. - aliqui om-
ne, quod in mundo existit, è contingens, - quidquid enim per-
peluis vicissitudinibus exponitur, hodie è, et cras non è, ho-
die tali modo, alio cras, certe contingens è, - ergo mundus ab
absoluto pendet, seu Deus existit. -
vel alio modo: Motus supponit illum, qui movet, - aliqui in mun-
do motus contineri, - ergo supponunt aliquem, qui movet, neq
tamen ipse movetur, quia secus regrederemur in infinitum,
quod repugnat. Ex hac Argumento Omnipotentia pro, ceteris
demonstratur.
Sensus totius Argumenti hic è: Ubi ordo, ibi ordinans, at Argument. physico-de
qui in mundo ordo pulcherrimus, ergo ordinans sapientissi- teologicum
mus. -
Nota. Hoc argumentum Cicero et Plato pulcherrime pene-
trant, dein Psalmi fere omnes et Patres huic insistunt.
- Apud Palavium lib 1. cap 1. Per hoc Argumentum ad Dei sapi-
entiam pervenimus. -
Observatio. Si quis dicat: ex mundi contemplatione ascend-
ad Auctorem Um valde sapientem, cum Conclusio fiat ex ob-
jecto, quod, ut pulchrum sit, absolutum tamen non è; illud
concedimus, attamen dicimus: jungendum esse hoc argumentum
cum primo, ex quo in ordinante absolute Um sapiente subsi-
stere possemus: nisi salutaris cautarum regressus in in-
finitum, quem absoluta mentis nostræ actuositas stabuere prohibet.

Argumenta moralia. α). Primum ducitur ex lege sancta cordibus nostris insita, alterum ex consideratione totius naturæ nostræ ejusq; destinationis. – Ubi lex, ibi legislator, atqui in nobis lex sancta, ergo Legislator sanctus. Voco vero illum legislatorem sanctum, nam absolutum inveniret absoluta anima mea actiones. Si enim non est ille absolute sanctus, alius sit oportet, a quo sanctitas ipsius pendet, et sic ultra continuo progredior, donec tandem ad absolutum perveniam, nam causarum progressus in infinitum non datur. Missis ergo intermediis legislatorem necto cum absolute sancto, utpote absolute sanctus omnis sanctitatis, hinc et hujus causa ē ultima. Absolute sanctum vero voco Deum, – ergo existit Deus. – Vel Quisquis sui conscius ē, cordi suo inscriptam percipit legem, quæ certas actiones bonitas declarat, alias autem vetat; sentit porro vocem, quæ eum damnat v. absolvit, gaudio v. tristitia replet, prout hujus legis dictamina secutus est, v. vero illa sprevit. Legis vero hujus, v. vocis sanctæ ipsi Auctores non sumus, una enim cum conscientia datur, quapropter ex existentia hujus legis ad legislatorem concludimus, illumq; sanctum, qui hujus legis dictamina ipse decrevit, velitq; ut sint norma directionis actionum, qui proposuerit illam vocem dum, nantem v. absolventem cordibus nostris inscripsit. – Ex his fluunt hæ Observationes:

α). Quod ad sanctitatem Dei per hanc argumentationem perveniamus.

β). Stringens fieri hoc argumentum, sicut physico-teleologicum per argumentum primum.

γ). Hujus Argumenti, cujus maxime vis ē, cum per illud ad præcipua, atq; plurima Dei attributa assurgimus, sequentibus summa absolvitur momentis: Hominis destinatio, quod pariter Theologia moralis fusè docet, consistit in virtute, et correspondente felicitate, utrumq; enim postulat natura humana, quæ per stimulos naturales in honesta atq; jucunda fertur, cum continua tamen stimuli felicitatis sub stimulo honestatis subjectione. Hujus completi boni consecutionem possibilem esse debere categorice enunciat ratio secùs enim homo sibi ipsi contradiceret. Ex his jam infero,

inferimus sequentia. Completi finis nostri conscientia possibilis esse debet; algi sub conditione Numinis Omnisciii, sanctissimi, benignissimi, potentissimi et justissimi, - fluit enim hoc attributum ex gradibus praecedentibus - realiter existentis tantum possibilis. Ergo sale Numen existit. - Etenim prima pars finis nostri Sanctitas, in manu gradum nostra sita est; ad illam enim consequendam, congenitis suis viribus adstrictus homo, secundum rationis dictamina, cum nihil sit, quod libertatem impedire possit, gradimus post habita sensualitate ea sequatur, quae vera et honesta intelliguntur. - Non aeque res se habet, quoad alteram destinationis nostrae partem, scilicet quoad felicitatem; illa enim extra hominis potestatem sita est, et ab extra illi advenit, et quidem non coeco impetu, et pro libitu illi tribuetur, sed secundum virtutis gradum accuratissime distributetur, quod supponit Ens Sanctissimum, quod minimum virtutis gradum aestimare velit, Omniscium, quod totius vitae complexum cum intimis animae recessibus una comprehendere sciat, benignissimum, quod virtuti ac curatam felicitatis mensuram largiri velit, Omnipotens, quod nulla re in imperliendo illa felicitate turbetur, imo, cui totus naturae cursus ita pareat, ut ad fines morales dirigatur, illisque unice inserviat. —

§3. Censura horum diversorum Argumentorum.

Quisque, qui antecedentia rite considerabit, intelliget omnia et singula argumenta, quae ratio humana in functione sua theoretica v. practica profert, ultimo principio contradictionis innixi - eorum ergo talem certitudinem esse, qualis est ipsius principii; quod sane nobis sufficit, ut persuasionem nostram de Dei existentia dicamus rationabilem, summeque certam. Ex quo autem facile respondetur ad quaestionem: An Existentia Dei possit demonstrari? Si per demonstrationem intelligatur talis argumentandi modus, qui sui evidentia adeo quemque percellit, ut per qualemcumque speculationem, contrarium neque asseri

asseri possit, nullo unquam modo in dubium vocari probatum, nega-
sive respondemus; tales enim demonstrationes in mathematicis
tm obtinent objectis, in quibus repraesentatum et repraesentatio
e unum idemq. — Si autem per demonstrationem intelligatur ar-
gumendi modus: — qui sufficit ad persuasionem rationalem
producendam, cuiq. quilibet sanus tuto acquiescat, etsi infe-
lices esse possunt, qui nimia ac perperam instituta specu-
latione seducti, veritatem rejiciant. — hoc sensu existentia Dei
omnino demonstrari potest et demonstratur et talis demonstra-
tio nobis sufficit, cum in nulla re, mathematica excepta,
alia detur. Si quaeritur: an theoreticis, sive moralibus-prac-
ticis argumentis primus locus tribuendus sit? distinguimus:
Si enim quis practica eo fine extollat, quasi theoretica pror-
sus nihil valeant, quod Kantianis placuit, dicemus: theoreti-
ca et practica ejusdem esse valoris, cum radio una tm sit,
et omnia eodem contradictionis principio nitantur. — Si autem
quaeritur: Qualium argumentorum major sit in vitam summam
influxus? respondemus: Argumentorum moralium; cum prima-
ria attributa Dei primaria moralia, nobis repraesentent,
ex altera autem parte negari nequit, argumentum Physico-
theologicum institutioni populari maxime esse accommodatum,
cosmologicum autem esse maxime stringens. Quapropter a-
nimarum curator in institutione conjungat, quae conjungi
possunt; quo enim accuratius junguntur diversa argumen-
ta, eo fortius animum convincunt, nunquam vero negligat
suos ad testimonium, quod pro existentia Dei in pectore
cujusq. situm est, attentos reddere. Trinkl Religionslehre III 3ª 19.

§4. Vitia, quae fidei in Deum opponuntur.

Varia vitia, quae opponuntur fidei in Deum sunt: Idealismus,
Materialismus, Pantheismus et Atheismus. Auctor pag 8.
Nota 1. Distinguunt autem inter Deismum et Atheismum.

§5 Datur Religio.

Probata existentia Dei, facile probatur quoque objectiva

objectiva Religionis realitas, vera ejus definitio, præstantia et utilitas. Sub Religione si usum loquendi communem spectamus, non aliud intelligitur, quam: „Vinculum, quo homo ad Deum religatur, studiumque ad agnitum Dei beneplaciti sum vitam conformandi;" quem loquendi usum et illi confirmant, qui eruditi in vocabulo Religionis ethymologiam inquirunt, sive enim cum Cicerone: de natura Deorum lib II cap 28. a „relegere" i.e. mente repetere, derivamus, quod ipse sic explicat: Qui omnia, quæ ad cultum Dei pertinent, diligenter retractarent, et quasi relegerent, illi sunt dicti religiosi; sive derivamus cum Lactantio, divinarum Institutionum liber IV cap 28. a „religare", a vinculo scil. pietatis, quo Deo obstricti et religati sumus, eadem notio prodit et eadem ejus partes. Hac jam Religionis vulgari notione supposita asserimus: Probata existentia Dei, data ejusque natura et Religio. Si enim Deus i.e. Ens absolutum existit, omnia quæ cum extra ipsum sunt et relatione creatorum ad Creatorem, conservatorum ad Conservatorem, rectorum ad Rectorem, gubernatorum ad Gubernatorem et judicandorum ad Judicem posita sunt ab Illo, sicut originem, sic et declinationem accipiunt, Illeque velle debet, ut finem præfixum assequantur, media propterea suppeditare, per quæ eum finem obtineant, secus enim Deus ipse, dum creavit Universum, sibi contradiceret. Sic vero, etsi nemo sit, qui illud agnoscat, ipsaque oriatur vinculum inter Deum et mundum et quoad entia rationalia complexus officiorum, quo ad finem præfixum ducunt, quod utrumque objectivo nomine Religionis compellatur: Sed et II.do probata ex indole nostra rationali Existentia Dei, nullum Ens rationale erga hujus Dei Existentiam et complexum officiorum, indifferens esse potest, deo cujus officium sanctum incumbit, illum Deum universorum, mundi relationem ad Illum agnoscendi, sed et ad Ejus beneplacitum vitam conformandi, - etenim,

etenim, quicquid ex desideriis nostris intellectualibus et moralibus cum natura humana intimo in nexu positum ē, ea illiusq; ultro progreditur, - sicut agnoscendi, sic et segnendi, quod Theologia moralis probat, sanctum quisque habet suum officium; talis autem, quod probavimus objectivæ Dei realitatis, seu Dei existentia, no, dio revera ē; sine Deo enim homo continua secum ipse incon, stradictione, solvere non valens aenigma naturæ suæ quoad originem ejus et finem; sine Deo nihil habet, in quo ultimatim quiescat et functiones suas claudat; sine Deo, de consequutio, ne completi finis, quam neq; a se, neq; a mundo physico possit expectare, desperat. - Sic ergo ratio cathegorice imperat, ut Deum agnoscat, illumq; ad se ipsum referat homo, vinculumq; inquirat, quo ad Illum Deus religatur, sed jubetur quoque porro, ut quæ Deo placent, etiam sequatur. Agnoscit enim, non aliam ob causam legem sanctam cordi suo esse inscriptam, et continuum officii monitorem in conscientia voce esse datum, quam ut habeat regulam directricem, per quam finem suum obtineat, Deiq; voluntatem agnoscat. - Accedit, quod sanctissimum ac justissimum in Deo remuneratorem agnoscat, cui Ille sub conditionis condicione placere potest, a quo et felicitatem quam anhelat, tunc tandem expectat, si per virtutis studium illam promeruerit. - neq; negligendum ē illud: agnita Dei summi existentia, ejusq; relationibus ad mundum consideratio ipsa, se sua in hoc excitari amoris, spei, timoris, reverentiæ, gradique animi affectiones, utpote, a quo omnes pendemus, cui omnia, qualiacunq; beneficia referimus, acceptat, sive ergo res objective, sive vero subjective spectatur, verum ē; probata Dei existentia sponte dari et Religionis realitatem. -

§6. Notio Religionis.

Duo sunt, quæ omnis Religionis notio in se ex dictis complectitur, prima pars pertinet ad theoriam enuncians, quid sit, altera ad praxin, enuncians, quid fieri oporteat, seu aliis verbis: Omnis Religio occupatur Dei existentia, ejusq;

ejusque relationibus ad mundum, hominesq; altera officiis, quae hisce relationibus respondent, altera enim in re, de qua sermo, nec possunt cogitari, utraq; pars autem considerari potest vel objective i.e. nullo habito respectu ad subjectum, quod vs. Deum agnoscat, vel ejus legem sequatur; vel vero subjective, qua propter hic consideratio facile potest genuina Religionis definitio objective et subjective spectata; et quidem: Objective Religionem definimus: „Complexum relationum Dei ad mundum et officiorum, quae ex hisce relationibus resultant; - subjective autem: „Persuasionem de Dei existentia ejusq relationibus ad mundum, studiumq ad hanc persuasionem vitam conformandi."

Has definitiones esse genuinas, patet regressu definitionis logice considerandi, quae fit per genus proximum, et specificam differentiam; - requirit autem claritatem, et ad sit com- plete. -

§7. Utilitas et praestantia Religionis.

Religionis in genere summam esse praestantiam, eamq generi humano esse utilissimam, nodione ejus stabilita, obscurum esse non potest; etenim Religio hominem docens Deum i.e. Ens absolutum, ad summas nodiones evehit, ardens ejus in ideale omnis veritatis pulchritudinis et sanctitatis desiderium explet; sic dissidias et perturbationes, quae ex diversis, quibus natura humana ducitur studiis oriuntur, compositi, eumq ita roborat, ut in persequenda virtute nullis sensuum illecebris avocetur - nullius molestiq horrore retrahatur neque vitam solum tranquillam vivat, sed et cum spe melioris moriatur; sic generi humano summum decus affert, dignitatem veram conciliat, qua ad similitudinem Dei accedit, adeoq firmissimum moralitati praesidium praebet. Haec emolumenta historica omnium temporum confirmat, quae docet, ita pe- jus vixisse singulos et omnes, et florentes respublicas, quam primum homines Religionis studium neglexere, ut adeo vere hostes generis humani infensissimos fuisse dicamus om-

omnes, qui ~~ipso~~ demum cum religionem modo, hominum condi-
bus eripiunt, vel salutarem ejus influxum impediunt et lur-
bant.

§8 Objectiones.

Dictis de Religione ejusq origine vide perpensis, facillime re-
spondetur ad opinionem eorum, qui Religionis (in genere) ori-
gine humano reponunt, et motu, ignorantia, educatione, prae-
judicatis opinionibus, vel plane a fraude et astutia sacerdo-
tum et legislatorum ad populum effroenatum coërcendum, -
quod autem cum natura humana nexu adeo necessario con-
junctum est, ut, sicuti vidimus, rationem abjudicet, qui il-
lud non admittat, nulli ex praejudiciis hypothesibus originem
debere potest, sed potius naturae aliquid ex indigentiis congenitis,
ex quarum universitate apud omnes, universalitas quoque no-
tionis sponte explicatur: accedit quod omnes praedicta hypo-
theses universalitatem notionis Religionis non explicent
cum ex casibus accidentalibus nunquam idem eventus apud
omnes resultet. denig sacerdotes non prius adesse poterant
quam ipsa Religio, cujus tm ministri sunt, et sicuti stimu-
lus nutrimenta sumendi non propter cognos adest, sed co-
qui propter eundem stimulum, sic sacerdotes reperimus a-
pud omnes populos, quia naturae ducimur ad Religionem, non
autem sacerdotes, illi ipsi indigentiis dederunt originem? —

§9. Diversae divisiones Religionis.

Religionem varie dividimus et quidem prima divisio est:
in theoreticam et practicam, quae ex superius dictis
in prospatulo e; secunda in veram et falsam, prout con-
cepius, quos homo de Deo Ejusq ad mundum relationibus
et correspondentibus officiis sibi informavit, cum objecto
conveniunt, v. non, haec falsa, illa e contra vera dicitur.
Religionem objective speculam unam tantum esse posse,
cum contradicentes relationes non simul esse possunt reales,
facile liquet: insuper una talis, una natura, una hominum

/.

hominum indoles, unam sane verum, sanctum, universalem, seu catholicam salutem Religionem, quae versatur circa objectum absolutum, constans, semper et idem; - de falsa Religione ergo subjective sive sanctum sensu sermo esse potest; falsae hoc sensu dici esse possunt, quod discrepantes sententias homines sibi de Deo, Ejusq. relationibus et officiis humanis mente efformant, quod ex quali fonte? semper tamen e turbido fluat, postea dicendum. Tert. Tertia in internam et externam, prout Religio subjective sumpta in animis tantum hominum resideat, vel vero actionibus quoq. externis se manifestat. Religionis autem externae officium Theologia moralis docet. Quarta divisio est: in naturalem et revelatam. Fundamentum divisionis situm est in fonte, ex quo hauritur Religio, qualenus persuasio de Deo, studium illud ex ipsa hominis natura morali et rationali hauritur, dicitur naturalis, qualenus factae communicationi divinae innititur, dicitur revelata. Quod hic notandum, illud est, quod aliqui loquuntur de religione mediate et immediate revelata. Immediate revelatam dicunt, quae singulari facto divino ita innititur, ut nulla alia causa intervenient a sola causalitate divina dependet. - Mediate revelatam dicunt quae eatenus a Deo repetitur, quia est auctor virium, et facultatum, quarum usu ad cognitionem veritatum religiosarum pervenitur. His, quibus modo de Revelatione loquuntur, naturalis Religio cum mediate revelata una et eadem. Notamus autem: nobis si loquimur de Revelatione, semper esse sermonem de immediate revelata, ex quo patet, quod Revelatio nostro sensu sumpta, ergo immediata semper facto, cog divino - s: und nimmt Gott übernatürlich mitteilung. - Immediata revelata Religio dividitur in formalem et materialem, seu formaliter et materialiter revelatam. Fundamentum dividendi autem repetitum ab indole veritatis, quam Revelatio exhibet sive enim veritates quae Revelationis objectum sunt, simules rationis transcendunt, s: rationem - seu mixtum inter subjectum et praedicatum dum

/.

dum non intelligimus, -/: vel in ambitum ejus cadunt. - Revelatio, quae prioris generis veritates continet, materialis, posterior formalis audiatur. In hanc rem notamus insuper: α/. Quod attinet ad objectum revelationis formalis, illud cum religione naturali num e idem, differunt tantum ratione fontis, ex quo hauriuntur veritates, ideoq modi, quo innotescunt. β/. Nobis in seqq. sermo erit de revelatione formali, neq ac materiali. —

§10. Usus practicus hujus doctrinae.

Si Religionis talis e praestantia utilitas et necessitas, omnibus enitamur viribus, ut Religionis studium in nobis, in dies majora capiat incrementa, et quia una tantum vera esse potest objective; hanc ipsam unam veram omni studio inquiramus; curemus autem insuper, ut in illis, qui nobis concreduntur, verae Religionis sanctum fervorem excitemus, et foveamus, tali enim modo salus singulorum et omnium temporalis et aeterna certissime et laudissime promovetur. —

Caput secundum.

De regno Dei super terras ethico-religioso.

§11. Nexus cum praecedentibus.

Indole rationali et morali praeditos esse omnes homines, eadem, diximus, et notum supponimus et disciplina psychologica, semper illa indole, omnes duci ad agnitionem unius Numinis sicq sponte oriri religionem probavimus in capite antecedenti. Ubique autem suppositis, tanquam Corollarium sequitur omne genus humanum constituere unam familiam, eamq ethico-religiosam, v/. dari super terram reipse Regnum Dei ethyco-religiosum, ejus existentiam, et indolem et partes constitutivas, modo exposuimus, haec autem, quae probaturi sumus, animum nostrum praeparabunt, ut libenter rem Ecclesiae, circa quam versatur sola Religio Christiana, admittamus, quod nostro tempore

/.

sempore eo magis necessarium e, cum illud rei ecclesiasti, cae in genere, valde sit inimicum. –

§. 12. Regnum ideale ethico-religiosum.

Argumentum I. ex Principio unitatis. Genus humanum, vi naturae suae constituit societatem religiosam, et quidem primo idealem. Omne genus humanum, vi naturae suae, antecedentibus bene intellectis, constituere societatem ethico-religiosam patet, modo, quid societatis nomine veniant, intelligatur. Congregationem scil. plurimum ad communem finem obtinendum per media eadem, sub iisdem legibus, vocamus societatem; cujus ergo partes constitutivae sunt: a). numerus hominum, b). finis communis c). media eadem ad finem obtinendum, d). leges eaedem e). integra societatis Gubernator. –

Vinculum autem societatis eo arctius e, quo majori potentia et auctoritate conspicuus e ille, qui eidem praecest. Jam autem omnibus hominibus praefixus e idem finis, testante id cuiq conscientia, sanctitas scil. cum correspondente aliquando felicitate: media ad hunc finem obtinendum data sunt eadem omnibus hominibus, vires scil. facultates et indoles rationalis et moralis eadem, eadem pariter leges cordibus omnium inscriptae. Cum jam Numen idem absolutum, necessario agnoscatur ab omnibus Dominus universorum in retributione Creatoris Gubernatoris et Judicis ad omnes, a quo finem completum universum genus humanum expectat, nemo sane negaverit omnes homines constituere unam societatem eandemq ethico-religiosam. Ethico dicimus, quia finis sanctitas scil. ethicus est et legibus ethicis, libertate scil. ad illum ducimur. – religiosam autem, quia sub conditione Dei existendis sim, adeoq quod cum conceptu Dei intime nectitur, Religionis obtineri potest. Societas autem haecce jure Regnum dicitur quia Deus, potentia infinita exornatus, omnes, qui sunt hujus societatis membra, creavit, conservat et regit, ad Quem sicut legislatio, sic et executio legum et judicia retributio omnis spectat; sic ergo omnes, qui sub uno Dei dominio, ad communem finem tendimus unum constituimus Regnum ethico-religiosum

K

Si explicatius quaeratur, quale vinculum nos omnes nectat, re-
spondemus: Vinculum pulcherrimum ac suavissimum, vin-
culum Fidei, Spei et Charitatis. Fidei in Deum, ejusque relati-
ones ad nos, quia persuasio de invisibilibus, fides dicitur; Spei
quia ab hoc Deo solo finem nostrum completum, et media salu-
bria firma fiducia exspectamus; Charitatis, quia, qui Dei leges
sequitur, charitate jure dicitur animatus. Illico simul expo-
sita e indoles hujus regni, cujus omnes sunt cives.) — —

§. 13. Non autem tam ideale, sed et externum.

Argumentum II. Ex dictis fors quisq̃m concludet, etiamsi res
ita se haberet, tamen non plus sequi, quam genus humanum
constituere Regnum ethico-religiosum ideale internum, cum
caput hujus regni sit invisibile, vinculum pariter spiritu-
ale et destinatio nullis temporis et spatii limitibus adstric-
ta, ergo pariter spirituales, sic quidem ex his prodire vide-
tur nihil, quam Regnum Numenon, cui in Phoenomeno su-
per terram, nil necessario respondeat, ast perperam. Elsi ve-
ro ex dictis ad inferatur, in his tantum non subsistimus, af-
firmantes: Ut ejusdem naturae humanae nos omnes duci, ut in
societatem visibilem (externam) ethico quoq̃m religiosam nece-
mur. Etenim homo, nullo existentiae suae momento considera-
ri potest, tamquam merum Numenon, sed Phoenomenon quo-
que e, spiritu quidem, sed et corpore constans, quae ambo
ita jungantur, ut non possit non, qua interne cogitat, sen-
tit et agit, externis quoq̃m manifestare actionibus, quapro-
pter vi naturae suae, ea, quae mente concepit, externe quoq̃m
studet realitati dare, hinc etiam in ideali vinculo, quo
spiritus humani, in regnum ethico-religiosum junguntur,
non subsistit, sed illud realiter visibile studet nectere, et
quorum animae sint junctae, jungantur et corpora, tunc
enim ideae magnificae sane regni ethici universalis in re-
rum natura quidem respondebit, si unitatis principio,
quo in omnibus functionibus suis ducitur radix, fiet radix.

Argumentum III. ex necessitate Religionis externae, de qua in Theologia morali. –

Accedit, quod natura sensualis hominis ab eodem Deo repetat originem, qui auctor e spiritualis, quod hominem quemque urget, ut quoque modo fieri potest, sensualem quoq naturam mancipet servitio divino et ejusi, in quantum fieri potest, in Cultu divino suas subeat partes, quod modo facillimo fit, si cum omnibus, quibus vinculo religioso spirituali nectitur, societatem quoq inicat visibilem religiosam, in quo communi consilio Deum externe quoque profitetur, laudat, et celebrat. –

Nota 1. Huc pertinent argumenta, quae de cultu externo in Theologia morali traduntur.

Nota 2. Ex dictis facile sequitur societatem spiritualem, adine in visibilem per factum Conventionis, qua homines uniuntur. Nec valet objectio illorum, qui ex hac nostra assertione necessitatem Religionis inter animalia bruta deducere volunt, sunt enim haec entia ratione destituta, quae sola fundamentum e omnis Religionis.

§14 Continuatio.

Argumentum IV. ex emolumentis, quae religio externa suppeditat.

Huc argumentum confirmatur per emolumenta, quae societas ethico-religiosa visibilis humano generi praestat. Naturae humanae esse accommodatum, et cum desideriis ejusdem intime conjunctum, quidquid insignem ei utilitatem praestat, neque per aliam qualemcumq rem compensari potest, scimus omnes; quapropter considerantes insignia commoda, quae consociatione ethico-religiosa externa, in genus humanum redundant, non possumus non faleri ejus maximo desiderio et optime fundato, generi genus humanum.

Utilitatem autem hanc sic probamus:

I Certum est societatis in genere maximam esse efficaciam si de consilio communi exequendo, fineq gravi ordinando agitur.

Hoc autem quoque natura docemur, qui propterea omnes stimulo sociali sumus praediti. Id jam priscae aetatis homines intellexerunt, et propterea societates civiles inierunt non ali ad faciendas, quam ad quod natura ducebantur. Hoc idem de aliis societatibus qualescunque aliae e.g. litterariae. - Quod autem in vitae quotidianae negotiis egregiae est utilitatis, in negotio quod sanctissimo Religionis, scil. suo non destituetur fructu, et reapse communis veritatum religiosarum professio externa, alte eas cordibus hominum indigit, efficitque, ut facilius in memoriam revocentur, de quibus in publicis conventibus factus est sermo, involucrum enim sermonis, corpore quasi suo, scil ideae, et vitae dat, cum alioquin mens humana, dum objectis externis dissipetur, communis insuper cultus externus cor hominis in intimis recessibus tangit, a terrenis avocat, coelestibus replet sensionibus, ad Deum rapit, quod vane omnes falluntur, qui vim orationis publicae, cantus communis, et ejusmodi rituum consideraverint et experientiam desuper non neglexerint, quae docet cor etiam frigidum tali modo etiam incalescere, et vel invitum concinere in laudes Dei. Accedit vinculum illud, quod homines omnes fratres nectit, non tanta fortitudine homines percellere, si ideale tum sit, quam si externe quod conspicitur, et per Deum patrem omnium sanctificetur, insuper non praetereundum, tali modo et admonitionis et correctionis fraternae sanctum officium fortius incalescari, a quo pendet salus singulorum, qui facile per varietates illecebras a veritatis et virtutis via abducuntur. — Ex his et similibus pluribus perspicitur, stimulo sociali praeprimis obtemperandum esse, ubi de sanctissimo hominis negotio destinationis scil. per Deum consecutione agitur. -

II. Magna quidem sunt, quae ex dicta consociatio religiosa externa in se, hominum generi pro intellectus collustratione, cordis aedificatione et voluntatis in bono confirmatione praestat commoda. Ast necessitas ejusdem praeprimis patet

si illam e regione consociationis civilis consideremus; etenim societas civilis generi humano salubérrima é, neq ejus quivquam quae in genus humanum ex illa redundant, commoda prudenve gaverit, per eam enim rudes et barbari mansuescunt, ardevin veniuntur, scientiae excoluntur, quibus felicitas singulorum et omnium mirifice promovetur, quod historia nationum et popu-lorum testatur; Interim tamen ex altera parte eadem convocatio é diversorum vitiorum et scelerum fecunda mater et nutrix, quo arctiori enim homines vinculo temporali nectuntur, eo cum latius propullulant varii generis pravae animi affectiones libidines et scelera, quorum nec nomina novit, qui seorsum vivit, ut sunt: proprii commodi studium, avaritia, luxuria, honorum ambitio, dominandi vaga cupiditas; paucis, quo arctius homines conjunguntur eo forsitus omnibus invita proclivitas ad malum se exerit, et facile eos ducit, ut quisq se ipsum et commoda propria dum quaerat et suopi Egoismo indulgeat; potentiam et auctoritatem omnibus viribus sibi arripere studeat, quo fit, ut jus fortioris tantum vigeat, sursdeq versentur omnia, religio, qui in eadem societate vivunt, debiliores fere animo, media dum habeantur ad consilia nefanda sequenda. —

In tali ergo statu rerum tamquam lugubri medium aliud non super-est, quod vis effrenati frangatur, quam, ut consociatio civilis alicubi religiosam, qua fiat, ut animae ferae mansuescant, in veritate salu-tifera instruantur, coeca sensualitatis libidines frangantur, malitiae actionum impetus per respectum ad Deum sanctissimum, omnisci-um, justissimum et potentissimum honestentur, sic tota vita sanc-tificetur, ut jam nemo soli sibi vivat, sed communi omnium bonum temporale propter finem altiorem promoveat, dignitatem humanam in quolibet propter Deum aestimet, promptusq adsit, qui propter Deum omnia, usque amoenissima resignet, si anima immortalis detrimentum patiatur. Hanc vim autem revera habere consociatio-nem religiosam externam docet experientia, quae, ut historia lo-quitur, monstrat, civitates tum florere incoepisse, cum religionem communi cultu colerent, sed et antea florentissimas mox ruisse, cum cultum divinum negligerent, et quidem eo citius interiisse, quo majori studio consociatio ethico-religiosa erat suppressa et contempta. —

III. Consociationem quoq; ethico-religiosam externam in naturae humanae desideriis numerari eloquitur quoque sensus communis apud omnes, qui manifestatur in historia eo, quod apud omnes populos eos invenimus cum certis ministris, qui sanctis operantur, et sanctis aris, in quibus victimas immolant, ut verum sit, quod Plutarchus dixit: „Si lustum peregres orbem, invenies urbes sine moenibus, sine rege, sine litteris - at urbem sine templis, sine Diis, quae non praeces fundant, quae non sacrificia offerat, ut commoda consequatur, ut non conferat speram, ut sacrificiis avertat infortunia, nemo reperiet." - Sane, quod tali in universitate, inveniatur apud omnes, non casu ortum, sed necessitate, natura introductum est. Sic ergo consociatio ethico religiosa externa in perpetuis humani generis, quia natura sibi semper constat, desideriis est, quam cum vulgari vocabulo appellamus Ecclesiam, per demonstrationem hanc ecclesiae necessitatem.

Nota 1. Ecclesiae externae, internum Fidei, Spei et Charitatis vinculum fundamento esse debere, patet, quia secus finis, ob quem desideratur, non obtinetur, patet porro:

Nota 2. Ecclesiam objective spectatam nonnisi unam esse posse, cum Religio objective vera una tantum sit, Religio autem Ecclesiae sit fundamentum.

§15. Externae Ecclesiae partes constitutivae sunt essentiales.

Quales sunt Ecclesiae ejusmodi externae partes constitutivae absq; difficultate ex rei natura eruitur. Sine Deo scilicet fideque in Illum, sicut finis hominis, sic et Ecclesiae non obtinetur, ut ex dictis patet, neq; ullus de ecclesia sine Deo unquam sermonem instituit. Pars ergo prima principalis constitutiva erit complexus veritatum religiosarum, quas omnes, qui verae ecclesiae membra sunt, veras credunt. - Planè primam partem vocamus vocabulo recepto: Symbolum s. ecclesiasticum; - Eiusdem autem ac momenti sunt

sunt complexus legum moralium, ad quarum complectionem prop. ter Deum singuli obligantur, quem legum ethicarum complexum appellant §) codicem; ambo requisita o. ex nomine societatis ethico-religiosae patent. Cum vero Ecclesia externa sit societas, et per cultum externum, cui autem interna fides, spes et charitas fundamento è, finem suum praeclarum o. praecipue obtineat, adsit quoq; necesse est Complexus rituum sacrorum, qui ad omnes spectent, qui societatis sunt membra, ut sit realis repraesentatio Fidei, Spei et Charitatis. Hunc rituum complexum vocant §) Rituale. In societate vero externa qualicunq; missi sussequentur, sanctur omnia, adsint quoq; capita constituta, quae religiosis praesint, omnia disponant, ordinem servent, paucis: societatem et finem suum dirigant. Illis ergo, neq; Ecclesia, qua societas externa carere poterit, quibus porro incumbet ritus sacros cum debito honore et decentia peragere. Complexum horum, qui ecclesiae praesunt, sacraq; peragunt, §) Hierarchicon, alij autem dicunt Organismum ecclesiasticum. Sic ergo, cum pluva non possint cogitari necessaria in ecclesia externa requisita, Symbolum, Codex, Rituale et Hierarchicon, partes sunt constitutiva, quae etiam, si historicam consulamus, in qualibet societate, quae ecclesia è, revera inveniuntur. —

§16 Divisio Ecclesiae in naturalem et positivam.

Ecclesia externa, quod nuper jam monuimus, multiplici modo possibile potest cogitari, cum scil. o. sponte sua singuli conveniunt, o. vero auctoritati praeponderanti acquiescunt et praedictas quatuor partes constitutivas ab illa recipiunt. Priori specie Ecclesia esset naturalis, alteriori positiva, quae porro, si auctoritati humanae acquiesceret, esset ecclesia positiva humana, o. vero, si divinae, esset ecclesia positiva divina. Nota. In positiva, quia fundamentum ejus è, auctoritas praeponderans, a singulis nihil mutari, nihil addi o. subtrahi posse, modo membra ecclesiae manere velint, in propatulo est. —

§17. Usus practicus.

Sententiam omnes homines vi naturae suae constituere unam familiam ethico-religiosam Charitatis esse universalis fundamentum patet. Etenim si res se ita habet omnes sumus fratres, mutuo ergo adjutorio invicem adjuvemus, omnibusque viribus conferamus, ut singuli et universi finem optatum assequantur. Deinde vero quia vinculis Fidei, Spei et Charitatis semper ex naturae nostrae desideriis abeunt in visibile externum, hanc ecclesiae visibilis necessitatem, nostro praesertim tempore ecclesiastico instituto adeo inimico mentis exhibeamus continuo nostrae, quo adversatio cessabit, qua in ecclesiam ferantur. - Cum autem una tum sicut Religio sic et ecclesia illi invisa vera esse possit, quaenam inter diversas, quae in orbe terrarum vendicantur, vera sit, omni studio inquiramus veramque amplectamur. Id ipsum autem erit thema sequentium nostrarum disquisitionum. —

Caput tertium.

Demonstratio necessitatis Revelationis.

§18. Nexus cum antecedentibus.

A Religione et quae ei innititur ecclesia pendere destinationis nostrae consequutionem demonstratum est. Nulla ergo quaestio hominem, cui sancta non (valeas - agnovit die) vilescunt magis occupat, quam illa, sitne ratio humana sufficiens ad ea, quae respectu religioso et ecclesiastico nobis ex internis animae nostrae desideriis necessaria sunt, invenienda et pertinenda. Quodsi enim ab illa expectari non possunt, ad Clementiam Numinis erit recurrendum, vel de destinationis consequutione desperandum. Hanc ipsam quaestionem hoc in capite solvemus; ex dictis autem ipsum momentum disquisitionis patet. —

§19. Theses demonstrandae.

insufficientis ratus B. f.

Propositione jam generali omnem sententiam nostram sic

sic pronunciamus. In praesenti rerum humanarum statu Religio naturalis homini non sufficit, nec a sola ratione consociatio ecclesiastica rationabiliter potest explicari, sed immediata Dei revelatio nobis necessaria est; - ad quam propositionem magis dilucidandam sequentes ponimus Theses, a quarum demonstratione, demonstratio totius propositionis sed et indoles revelationis, quae nobis necessaria est, pendet, et quidem dicimus: -

I. Ratio humana sibi relicta etiam culta, nobis non suppeditat eas veritates ad Symbolum, Codicem et Rituale pertinentes, quae nobis ad summum bonum consequendum necessariae sunt etiamsi veritates tales sint, quae rationis limites non transcendunt, et quae suppeditat, non suppeditat ea certitudine et certitudine, quae in re Religionis sanctissima requiritur. -

Hac Thesi probata etiam probata erit necessitas Religionis formalis revelatae.

II. In praesenti rerum humanarum statu praeter veritates Religionis naturalis, quoad Symbolum, Codicem et Rituale et aliae veritates ad summum bonum consequendum nobis necessariae sunt, quae veritates autem limites rationis humanae transcendunt.

Hac Thesi probata, probatur necessitas Revelationis naturalis.

III. Ratio humana porro non sufficit ad homines rationabiliter in Ecclesiam consociandos. -

§ 20 Necessitas Revelationis formalis. (....primitiv

Hanc Thesin sic probamus: Si exhibitis praecipuis Religionis naturalis capitibus monstremus totidem historia rationem humanam semper in illis inveniendis vacillasse, nec a philosophica cultura, unquam firmam de illis persuasionem prudenter expectari. - Sic ergo in hacce Thesi demonstranda in campo historico versabimur; et quidem veritates religionis naturalis sunt quoad Symbolum: existentia unius Dei absoluti, attributa Ejusdem absolute perfecta, ejusdem ad mundum relationes, qua Creatoris, Gubernatoris, Conservatoris et Judicis universorum, hominis destinatio, corsq

sorte futura post corporis mortem. Quoad Codicem: complexus legum, ad quas conformare oportet vitam, non quoad externum tantum honestatem, sed praeprimis quoad internam mentis probitatem, una cum motivis puris, qualia Deo rationale decent, naturae tamen sensuali sint simul accommodata. Quoad Rituale, modus satis Deum externe colendi, qui sumis ejus attributis convenire est, et naturam humanam, rationalem non dedecet. —

Hic jam in Religionis naturalis capitibus Iuppiter erasse omnes populos antiquos, Judaeis exceptis historia a Bunde testatur: — Crassus enim Polyhistor omnes vigili apud omnes antiquitatis populos res non animatas tm, sed et inanimatas, solem, lunam, lignum et lapides Deos agnovisse, et colluisse Chaldaei, Phoenices et Aegyptii. Pari modo Deorum multitudinem adorarunt Graeci et Romani, et utut Jovi supremo Deo subesse credi debuerint, tamen et hunc vario modo in regendo Mundo impedire et turbare statuerunt. — Haec ea horum populorum auctoribus, quos dicunt Classicos, Historiographis, Philosophis et Poetis certa sunt: Tantus enim ait Cicero lib. II. de natura Deorum, error est, ut perniciosis etiam rebus non tm Deorum nomen tribuatur, sed etiam sacra constituantur." — Quidem de destinatione et sanctis hominis officiis senserunt conceptum, facile intelligitur, cum sciamus Veneri et Bacho, et aliis hujus furfuris diis, erecta fuisse templa. Si insuper perpendamus turpia commenta, quae de ipsis diis vulgo circumferebantur, quod v.g. ea unico Ovidio satis appareat. — Sortis in altera vita tenuis tm sensio, et ea quidem foedata libidinibus, quibus ipsos deos indulgere arbitrabantur. Pulchus autem Dei, hisce conceptibus accommodatus, non poterat non placere velle diis iisdem spectaculis, quae in illis tantopere laudabantur. — Sic virgines quoq legimus prostitutas in honorem deorum in publicis templis. Privatos quidem conceptus invenire apud Persas, Indos et Sinenses non negamus, eam vero laudem illos

/.

illos non mereri, qua celebrantur a multis dubo afferimus, etenim
aliud plura in horum populorum religione inveniantur, non
condemnenda, plurima tamen accurunt, quae vana ratione non
probantur, uti sunt: doctrina de Ormuzde et Arimano, de Bra-
ma, Visnu et Saiva, de adoratione ignis, de urina vaccae et sce-
bis, de expositione infantium et alia. – Accedit ipsam auten-
tiam Zendavestae, qualem aliqui recentiores Galli, Voltaire di-
vulgarunt jure in dubium vocari, de ipsa existentia Vedae
Indorum, non certo constare, religionem Chinensium idololatri-
am potius redolere, quam Monotheismum, paucis: plurima,
quae ad has religiones pertinent, tenebris esse involuta ipsi,
sis, et recentiores itinerantes aliam rerum faciem nobis ex-
hibere, quam Voltaire et alii repraesentarunt. Plura legi pos-
sunt in libro dogmatico Vishii. –

„Haec fides e populorum; dicunt tamen a populo non repe-
tendam esse religionis cognitionis puritatem, apud rudes
illam impuram et vitiatam fuisse, neminem posse negare,
id autem adscribendum infantiae generis humani, consulen-
dos esse philosophos, qui populi fidem vanam ipsi rise-
rint, meliora autem et saniora viderint, ad quae aucta cul-
tura et ipsi populi sponte tranvirisent." Sic quidem
philosophos, hinc inde populi fidem risisse, nec enim di-
cimus lumen rationis in homine esse exstinctum, nec pos-
se aliquid videre es vero, tamen accurimi religionis naturalis
ejusq. sufficientiae defensores nec unum ex Philosophis an-
tiquis – si de his enim nobis interim hic sermo e; si – proferent
qui integrum Religionis naturalis puram completam demerit.
quamdiu autem hujus vis asserti veritas, frustra ad rationem
tamquam fontem sufficientem religiosae veritatis provocabunt
adversarii. Rem autem se ita habere, longa Introductione po-
test demonstrari, nos religimus aliqua in exemplum. Celeberri-
mi sane inter antiquos philosophos: Socrates, Plato et Cicero, reputantur.) –

Socrates licet fidem in unum verum Deum sit professus, adeo de immortalitate animae pulchre disseruit, tamen antequam ebiberit venenum sibi porrectum Aesculapio gallinam sacrificari curavit, suisq amicis valedicens, post mortem omnia incerta esse asseverabat. –

Plato aulochiriam, si unicum sit anala effugiendi medium, licitam reputat, et in libro: de optima Republica inorum commorationem, liberorumq imbecillium expeditionem commendat. –

Cicero in libro de Officiis inscripto, externarum hm actionum informationem intendit. –

Deisi Epicurus statuit Deum otiosum et incuriosum rerum humanarum et Deo Deum et homines casu fato subjecit, sicq statuit libertatem. –

Haec sane nos docent, summos hosce viros in rebus religiosis varie erasse, vacillasse et dubitasse, ut neq ab his antiquis Philosophis integer naturalis religionis parae completus possit derivari.

§21. Confirmatio hujus argumenti historici.

Robur autem huic argumento accedit summum ex sequentibus observationibus:

1mo Si horum philosophorum ingenium et perspicaciam, cultumq religionem consideremus, laude praecipua eos extollendos esse, facile intelligimus. Quod eo magis nobis monstrat imbecillitatem rationis humanae in delegendis et retinendis illis, quae quoad religionem scitu necessaria sunt, excellissent sane et in hoc genere negotio sicut in religionis, nisi natura ipsis obicem posuisset, praecipue, cum ad investigandas religiones serviles tempus multum, et omnem fere operam impenderint. –

2do Illam autem fragilitatem, et imbecillitatem rationis ipsi hi viri agnoverunt, et fassi sunt. Sic Plato in Alcibiade Socratem loquentem inducit: „Necesse est expectare, donec dicatur, quomodo erga Deum et homines se habere deceat." –

Huic respondet Alcibiades: „Quando erit o Socrates, et quis divus praeceptor, jucundissime enim hunc, quisquis erit, agnoscam." Plato ipse in Epimenide: „Mihi semper visum est et etiam nunc videtur omnes artes non admodum difficiles esse, humanam vero ad rectam vitam institutionem longe difficiliorem." et addit: „docere neminem posse pietatem, nisi Deus quasi dux et magister praeiverit." - Cicero lib I. de natura Deorum ait: „Res difficilis est et obscura quaestio de natura Deorum." Jamblichus de vita P. Pythagorae de se ipso liber V. dicit: „Quae deo grata sunt scire difficile est, nisi quis eum, qui Deum audivit, vel Deum ipsum audierit." - Sic ergo hi ipsi Philosophi imbecillitatem patronis humanae talentur, ut deo ad eos invitos provocent religionis naturalis ex Philosophis petendae defensores. -

3tio Illi autem philosophi eo minus haberi possunt generis humani doctores religiosi, quo magis ea, quae ex vero viderunt, coram populo absconderunt et mysteriis evolverunt, ad quae paucis tantum et electis patebat accessus, quod Cicero ipse Verulam. Gracest. Tusc. cap II dicens: „Est philosophia paucis contenta judicibus multitudinem consulto fugiens." -

4to Insuper addendum: plerosq ex hisce viris quos recentiores adeo extollunt, pravo vitae exemplo pessumdedisse, quae hinc inde bona docebant, quod vane populum in falsa et damnata religione multum confirmare debebat. - Nos in philosophos non esse injurios patet ex Cicerone Tusc 22. lib. II. cap 4. dicente: „quotus enim quisq philosophorum invenietur ita moratus, ita animo et vita constitutus, ut patio postulat, qui disciplinam suam non ostentationem scientiae, sed legem vitae putet." Et denique omnium reliquorum loco Seneca, qui lib I ep. 5 languam principium agendi ponit: „Intus omnia dissimilia sunt, frons nostra populo conveniat". Tales, quaeso, si tales erant, erunt generis humani Doctores? -

5to Insuper nostrum argumentum confirmatur reflexione ad vitam religiosum, qui apud populum judaicum viguit, instituta

/.

/

insibula, etenim, si apud reliquos omnes populos dennia sentum, et multum vitiata religionis stamina deprehendimus, soli Judaei sunt, qui cognitione unius Dei Creatoris, Gubernatoris et Judicis imbuti, talia quoq; in suo codice morum praecepta exhibent, per sanctam prophetarum vitae rationem confirmata, quae ratione cultissima etiam probantur, - quod ex Introductione, Archeologia, Lectione ss. Patrum et Literarum vet. Foed. patet, - et illa fides pura non ad paucos tum erat adstricta, sed illam profitebantur omnes sine discrimine Judaei; et tamen hic populus reliqua cultura longe inferior erat caeteris gentibus. Hoc rare phaenomenon quivis admiratur, explicatur autem eo, quia, quod postea demonstrabimus, hic unicus populus erat, qui revelatione immediata divina gaudebat. —

Ex hoc autem patet, non meditando, concludendo, ratiocinando hominem, non propriis viribus ad religiosarum cognitionum certitudinem pervenire, sed rationem imbecillem per altius auxilium debere dirigi et illuminari, secus enim Judaei cognitione religiosa non omnes superassent. Sic ergo historia testatur conatuum antiquorum philosophorum, veritatum religiosarum cognitionem et certitudinem repeti non posse. —

§22. Neque delegenda a philosophica cultura recentiori.

(g.)

Illisce, quae demonstravimus, non acquiescunt Revelationis adversarii, provocantes ad multo laetiorem faciem Religionis naturalis, quam recentiori tempore induit, ex quo apparet, auctam culturam philosophicam, ad ejus cognitionem ducere, populumq; eam semel doctum facile retinere. Laetiorem faciem esse religionis naturalis recentiori tempore non negamus, imo gaudenter agnoscimus. Illamen nec illud nos movet, ut ea sententia, necessariam esse revelationem formalem praedicamus, quod patet ex sequentibus observationibus:

I. Melior illa facies religionis naturalis nequaquam recen-

/.

recentiori culturae philosophicae debetur, sed illam historia nobis exhibet, inde ab illo tempore, quo Iesus Christus Doctor generis humani prodiit, quod patet ex comparatione philosophorum Christianorum cum non christianis, quod celeberrimus quoque Hummius fatetur, qui aperte dicit: „Iure ab octodecem saeculis tum genus humanum gaudere meliori cognitione Religionis naturalis." Hinc ergo iure Phaenomenon melioris cognitionis Religionis naturalis cum Christo nectitur, tanquam effectus cum causa, eo magis, cum nemo demonstrare possit, quid factum fuisset sine Christo? et num sine Illo ad eandem cognitionem purum perveniendum fuisset genus humanum, cum factum infectum fieri nequeat. Iure autem nos nectere cum Christo phaenomenon purae cognitionis Religionis naturalis apparet;

II. quia omnes populos, ad quos lumen revelationis Christianae nondum pervenit, iisdem ignorantiae Religionis tenebris involutos deprehendimus, quibus involuti erant populi ante Christum, cum e contra populi christiani melius sciunt religionis naturalis puram placitam, quam unquam scivere philosophi sine Christo. Quod autem eruditos et philosophos recentiores attinet, experientia docet, illos, quamprimum a Christo recedunt, et sibi fidentes, revelationem rejiciunt, a veritate plus vel minus aberrare, demonstrat id agmen Atheorum, qui Philosophorum et spirituum fortium nomine gloriantes Deum negant, et immortalitatem animae rejiciunt; Pantheistarum, qui Deum cum mundo confundunt; Scepticorum, qui nullam firmam inveniendo basim, veritates addubitant sanctissimas, de illisque nihil certi scire posse, pusillanimes conqueruntur. Haec sane apertum nostrum confirmant, et invicte probant, et talem rationis humanae debilitatem demonstrant, a qua certa religiosarum veritatum cognitio nunquam prudenter potest expectari. Etenim si Philosophi ipsi in tot tam magnis, variis, ut historia philosophiae etiam recentioris testatur, ab eunt partes, si earum systemata ita variant, ut unum

repellit loco alteram, quid de populo fiat, si ad auctoritatem horum philosophorum ablegatur, cum populus neq rationum perscipiendarum sit capax; sane si ad Philosophos altercantes remittantur populi, mox in easdem insciendiae religiosae tenebras revertantur, in quibus populi ante illum incidebant. —

Sic ergo victum e, rationem non sufficere ad veritates religionis naturalis dilegendas et retinendas, sed formalem revelationem necessariam esse, et illam quidem in perfectionis desiderio generis humani esse, non inculcis tantum sed et cultis, cum natura humana semper sibi constet, et prudenter expectandum non sit id, quod in tanta generis humani cultura per sex annorum millia factum non e, futurum esse postea. —

Nota I. Qui dicta bene perpenderit, intelliget, nos nequaquam rationi suum praelium dijudicare; habemus illam praeclarissimum donum Dei; concedimus porro debilitatem illam, de qua loquimur, non a Creatore ipso provenire, in illum ergo non recidere culpam, si homo in praesenti suo statu veritates ad deinitionis suae consecutionem summopere necessarias non delegat, qua observatione occurrimus objectioni adversariorum, qui nostram thesim exinde impugnant, quod Deus rationi tribuere debuerit, quae ad finem consequendum requiruntur quod sane fatemur, verum rationi tribuimus facultatem ad veritates datas, argumenta dandi et veritates ipsas in systematicum ordinem redigendi, tribuimus ipsi imprimis vim, qua indigentias generis humani perspiciat, et si quae detur revelatio, illam veram agnoscat, a falsa dijudicet, et dijudicationis criteria firma statuat, et quae sunt similia, quae ex decursu disciplinae nostrae ultro patebunt. —

Nota II. Errorem capitalem philosophiae hanc habemus, quod veritatis inventionem cum argumentis, quae ex sua penu videre omnino potest, - quia veritas ipsa limites rationis non transcendit - confundat. sicq credat se veritatem, quam, utpote in Religione ab infantia enutrita, a parentibus et magistris edocta e, ipsam pariter in suo sinu invenisse, sic fastu inflata, ingrata facta est in Magistrum. —

§23. Demonstratio Thesis II dae.

Phoenomenon debilis in delegendis veritatibus religiosis Rationis quisq. sane miratur, qui sapientiam Numinis, et egregiam facultatum indolem humanam considerat. Multo autem magis nos accipiat peccatum, quod in totum quam late patet orbis, genus humanum duram suam exercet dominium, quapropter quisq. queratur unde sit illa, quam sentimus debilitas potentiae humanae, sed et praecipue, unde illa corruptio moralis tam late patens quomodo porro tolli possit peccatum, quo infelix redditur homo, et quomodo vulneribus peccando inflictis possit medicina parari? Dicimus autem has quaestiones a ratione humana, utut studeat et reflectat, solvi nunquam posse, et hoc respectu revelationem materialem nobis esse necessariam, quod modo demonstrabimus. —

§24. Homo indiget explicatione originis mali moralis in mundo.

Nos omnes peccatores esse, nec unum inveniri, qui sincere dicere possit: „liber sum a pravis animi affectionibus, cupiditatibus et actibus," experientia loquitur, historica omnium temporum testatur. „Aliam enim, quod Paulus nomine omnium rectissime conqueritur, „videmus legem in membris legi mentis repugnantem et captivantem nos in legem peccati." Hanc corruptionem universalem Philosophi quoq. antiqui agnoverunt et fassi sunt. Sic e.g. Plutarchus de consolatione ad Apollonium dicit: „Mali quaedam fatalis portio omnibus nostris rebus jam tunc admixta cum nascimur." Fere idem dicit Plato: de legibus lib. 9. — Seneca lib I de clementia cap 6. Id ipsum exprimit notum illud Ovidii: „Video meliora proboque, deteriora sequor." Et quidem Cicero citante s. Augustino lib. IV. contra Julianum dicit: „Hominem, non ut a matre, sed a noverca natura in hunc mundum edi, corpore qui

//.

quidem modo, et fragili, et infirmo; animo autem anxio ad molestias, humili ad timores, prono ad libidines, in quo tamen insit obscurus quidam ignis divinus ingenii et mentis." Ebenso sagt er in seiner Religion - immerfort der Gröningen der Mensch müsste: „dass ein Mensch in Anzug eines, ist nicht Adams, ein so alter ist, wie ein Mensch." - Sed opus non est testimoniis pluribus in re, quae cum conscientia omnium a primo momento scil. juncta est, ut quilibet fateri cogatur, proclivitatem ad malum omnem vitam humanam scil. occupari, ut poenitus extirpari nunquam possit. Homo videns hanc naturae humanae in omnibus corruptionem cupit hujus phoenomeni ultimam indagare causam, et quidem ad id non curiositate ducitur, et studio rerum causas indagandi naturali; sed indigentia morali et religiosa intellectuali vel de urgente. -

Intelligit enim homo a/ se malo Deo grassandi vi nequaquam posse, nisi ex quo fonte promanaverit malum consciscerit; sed et b/ timet ne causae non cognitae, ipsa sapientia, clementia, et sanctitas Dei in dubium vocetur, sic per, eae omnis verae religionis necessarium fundamentum; insuper c/ Indigentiae intellectuales quog hominem ad eam investigandam impellunt; cum secus enigma sibi ipsi constanter maneat, natura eum in eam diversas partes abripiente. -

Nos recte statuere desiderium, Originis mali moralis explicandae, esse bene fundatum, intelligitur, quia hoc sensu ducti sapientes, omni tempore varias hypotheses excogitaverunt, quibus illud praestetur. defendimus tamen nullam harum hypothesium esse talem, quae rem apte explicet. -

§25. Hypotheses quibus mali moralis Originem explicarunt eorumq censura.

Celebriores eam in rem hypotheses sunt sequentes:

I. Omnium Rationalistarum recentiorum, qui perversitatem generis humani a necessariis limitibus naturae nostrae repetendam esse putarunt. -

II. Ea, quae in perversa educatione et mali, quae nos undiq circumdant exemplis reposita est, et quam praecipue exornavit Jean Rousseau.

III. Tertia hypothesis e Valentinianorum, qui animam humanam obvias ante actas scelera in corpore humano includi, imo pro scelerum purgatione de corpore in corpora migrare dicebant. Huic accedit et Kantiana, qui mali originem quaerit in vinam proprium libertatis, hanc vitio suo primo progressi. —

IV. Dualistarum, qui plane duo principia et duo regna statuerunt, bonum unum, malum alterum, et a malo principio derivandam esse ipsam materiam malam molem, quae proinde fons sit omnis mali et corruptionis moralis, imo, qui statuerunt duas cuilibet animas inesse, bonam unam et alteram malam, et quae sunt alia, quae ferre ad idem recidunt, Manichaeorum et Gnosticorum placita. —

Nulla jam harum hypothesium phaenomenon perversitatis moralis apte explicat, quod enim:

I. Ut ab ultima incipiamus hypothesim de duobus principiis et regnis attinet, ista tota fictione superstruitur; sana enim ratio Dualismum abhorret, et placitum de principio bono, quod eadem gaudet potestate, ac malum inter fabulas numerandum, nisi modo illud de materia in se mala, quae originem debeat Demiurgo cuicunq, qui enti supremo inferior sit. Par enim potestas bona et mala omnem effectum impediret, neq esse absolute malum cogitari potest: si vero inferior statuatur mala, quo stipendio? cur bonum principium non suspenderet operationem mali? Insuper patio omnia, quae existunt, enti absoluto adjudicat, sic et materiam qualemcunq, adeoq etiam illam, quae corpus humanum constituit. Hypothesis autem de duabus animabus in homine, cadit per se sublato Dualismo; accedit unitatem conscientiae vetare, quominus duas animas statuamus. —

II. Hypothesis, quae animas propter peccata in vita antecedenti per patrata, in corpus humanum in expiationem delinquendi eidem peccandi consuetudinem vitae antecedenti inhaerere statuit, omni fundamento destituitur, cum ejusmodi vitae antecedentis nemo sit conscius,

aliunde autem desuper nollitia nulla detur. Cadente autem (sup-
posito, nihil supereat, ex quo explicatio petatur, et possitate
dem hypotheseos hujus veritate, quaestio non solvitur, remove-
tur solum, nam tunc quaeritur, quidnam ibi vel. in vita ante
acta, quae supponitur, peccato causam praebuerit, libuerit que.
III. Quod autem ad mala exempla et perversam educationem at-
tinet, concedimus quidem per illam malum augeri, attamen di-
cimus, per illa phaenomenon hoc universale non explicari, non
enim intelligitur, quomodo educatio, quae in se diversa est, eandem
in omnibus constanter producat effectum, quomodo et illi qui
bona educatione fruuntur propensionem in malum pariter
sentiant, et saepe saepius monstra moralia evadant; non intel-
ligitur porro, quomodo malum morale tam late grassetur, cum
malis exemplis non omnes sunt circumdati, cur minus in malum
jam tunc se converat, cum malis exemplis non sint exponibi,
quemodo optimis circumdati exemplis in malum ruant, et nullo
modo explicatur, quid malo dederit originem, cum exempla mala
nondum essent. Sane, si mala illa educatio et mala exempla
in causa essent, eadem vis in contrarium deberet esse bonae e-
ducationis et probatorum exemplorum; bona educatio effectu non
posset carere, et invenirentur tamen aliqui deberent, qui fortiter
pugnantes propensionem in malum poenitus exstirpent, ergo
cum non obtineat, jure dicimus profundius esse malum, nec
hypothesim hanc idoneam esse phaenomeno explicando. —
IV. Quod idem valet in hypothesim, quae ex similibus naturae
humanae, omnem perversitatem generis humani explicat. — Con-
cedimus quidem in similibus natura nostra vitiam esse pos-
sibilitatem aberrandi a recto et vero tramite, per illos vemeh-
tum malum capere incrementa. — negamus vero vim illis ne-
cessario, quod fere volunt, conjungi, et per illos phaenomena
mali moralis, quae videmus, explicari; nam si cum similibus
necessario nostra natura conjungi diceatur malum morale,
penderet illud primo: a similibus intellectus, cum non sem-

semper intelligentes, quid verum sit, faciamus contrarium falsum, quod malum est; secundo: vel penderet ab abusu libertatis contra meliorem persuasionem; tertio: vel penderet demum ab ipsa sensu, ali naturae nostrae. ——

Si primum sequeretur: colluctatio intellectu et veritatem adducto ad, pare malum, nosse factivos bonum; experientia autem contrarium docet, scil. multos, qui intellecta sunt cultiores, ad fortius ruere in pejus; deinde vero, etsi hoc non obtineat, tamen difficilius no, bis semper videri bonum, quod faciamus, etsi bene cognoscamus illud esse faciendum, nosse illud quidem facere, ast penitente semper sensualitate, vel ad pravum valde inclinante; si ab abusu tam libertatis derivetur, cur pectus usus non tollat malum ipsum, et quomodo tot et diversi omnes eundem abusum committant, cum malum sit unum et universale? Sic ea vera sensualitate nodus non solvitur: etenim quaeritur, quomodo Deus tali languam pen, dente pro sensualitate circumdederit, ex qua necessario ma, lum tam late patens oriatur? — Deus quidem hominem non absolute bonum, — nam absolute bonus solus ipse est Deus, — sed relative bonum creare voluit; sed bonum creare debuit, est enim sapientissi, mus, sanctissimus. — Si jam consideremus partes hominis sen, sitivas: spiritum ad dei imaginem creatum, et corpus e limo factum, naturae spiritualis, utpote eminentioris in homine pro, ponderantiam prae sensuali: — ut bonus homo dici queat, — satis a priori postulat. Haec ergo hypothesis ad explicandam mali moralis originem ex humanae naturae limitibus petita, mali hujus ultimam causam Deum statueret — quod ubique absurdum est. Facilius enim concedet, possibilem esse harmoniam inter sensuali, talem et rationem, intelligens autem possibilitatem, jure suppo, nit Deum in harmonia concedisse: vires, cum a sapientia suma non, nisi optimum, et ad finem suum accommodatum expectetur. — Sic ergo jure dicimus hypotheses probabilitas, sicuti desiderium indicant causam ultimam hujus phaenomeni sciendi bene fundatum; tamen reapse rem non explicare. —— ——

§6 Solutio quaestionis hujus a ratione humana frustra expectatur.

Quid jam ratio super illa quaestione reflectens praestare valeat, aut, quid limites ejus superet modo exponendum est: Ratio humana praejudiciis non recepta intelligit ex una parte:

I. In ipsa natura situm esse malum morale, cum naturae esse conjunctum et congeneratum et quidem omnibus eadem modo, quia in omnibus pari modo perversitas illa esse exerit, nunquam penitus eliminatur, et fere ad silentium redacta facillime denuo repullulat. Sic enim totum modus ille uniformis et damnandus in omnibus explicatur.

II. Ex sanctitate de Deo conceptis statuit, Deum neque mediate, neque immediate auctorem esse posse corruptae adeo naturae, sanctitas enim, sapientia et benignitas id statuere prohibent.

III. Quapropter colligit aliquid contingere debuisse, id quidem per actum ipsius libertatis humanae qualemcunque, quo pura a Deo creata natura vitiaret.

Et quia pari modo in omnibus invenitur idem malum, semper in mundum e omni tempore, vix autem summi potest omnes pari modo eundem actum libertatis committere, quo idem malum oriatur;

IV. Cibus causam removet in ipsos generis humani parentes, illosque primos aliquid commisisse, quo tota vitiata e natura per illos propagata, quam ut statuat, singulos per se esse in causa.

V. Facultas tamen, se suis viribus illud ipsum factum, quo vitiata sit natura, delegere non posse, etenim, quod diximus causam peccati vel ad liberum actum voluntatis, quem singuli committant, v. g. quem unus peccans, ex quo omnes commiserint. Si prius ob, sive dicimus; res omnem fugit experientiam. Experiri deberet etenim homo illum actum v. g. in se, v. g. in alio; alqui neutrum potest.

Experientia enim in se ante sui conscientiam non datur, aut, quamprimum de sui conscientiam pervenit homo, de jam conscio

/.

sentid vitalem, reponere ergo deberet causam in actu liberalis consi-
entiam sui praegredienti, cujus autem nulla data experientia.
In aliis autem phaenomenon dem, quo se vitiositas ederit, in ex-
perientiam cadit, actus autem ipse liberalis, intellectualis est
cujus non datur experientia in aliis. Si autem secundum obti-
net, historia illud testari deberet, censemus autem, in re tam de-
licata vix dari historiae profanae fidem talem, quae exceptio-
nibus non det campum, salio amplum, praecipue, cum huma-
na auctoritas vix unquam sufficienter potest contestari ob
omnis actum liberum, totum esse miserum genus humanum,
salvis Dei summi attributis, quod confirmatur per agendi mo-
dum illorum, qui S. Bibliae, recedentes ab auctoritate Reve-
lationis in primis capitibus, in mythos convertunt, fidemq
historicam denegant, quod videbimus. —
Sic ergo medium nullum superest, cum salutis hujus quaesi-
tionis imprimis desideretur, ratio autem nihil certi adferat,
quam recurrere ad Clementiam Numinis, a quo sine erroris
periculo salutis expectetur, v. alias verbis: Quod attinet ad
hanc quaestionem maximi momenti, Revelatio nobis necessaria. —

§27. Homo ardenter desiderat veniae peccatorum certam spem.

Per peccatum homo infelix redditur, peccando enim Dei legem
migravit, a scopo divinitus praefixo aberravit, sic Deo nequa-
quam placere potest, sancta enim est Lex, quam Deus cordi
inscripsit, impune violari non potest, secus enim Deus
justitiae privaretur, et legis sanctae cessaret esse sanctissimus
vindex. In ipsum conscientiae peccatoris damnantis vox
abunde testatur, sic sane infelix homo est per peccatum
reatui, culpae et poenae coram Deo sanctissimo et justissi-
mo obnoxius. Quapropter nihil ardentius desiderat, quam
ut peccatum auferatur, spes veniae affulgeat, et remissio

remissio poenæ contingat. Virtutis enim studio minime adeo inimicum est, quam denegata venia spes post commissa peccata. Timor enim poenarum necessario luendarum animo identidem obver-sans eo hominem ducit, ut virtutis studium, et porro negligat vel scelus vitet tum ob graviores poenæ metum, vi. plane de-speret, quin imo, nec dubia spe condemnus redditus, melius faci-le prævalente in re, ubi de salute immortalis animæ agitur, — spes e contra certa hominem erigit, tranquillat, et in ulteriori honestatis studio confirmat, id experientia certum reddit in omnibus, qui post gravia peccata de somno evigilant morali, imo in iis, qui teneriores animi vi. leviora commiserunt pec-cata. Hoc adeo certum est, ut et illi ipsi concedant, qui re-velationis necessitatem negantes a sola clementia divina post vitae emendationem remissionem peccatorum contingere dic-tant. Quapropter quaestio oritur, num homo sibi peculiaris spem veniae certam concipere possit? — Hoc negamus asse-rentes remissionem peccatorum sub certa tum conditione ex-pectari posse, illam tamen conditionem sibi peculiarem nunquam posse scire.

§ 28. Veniae spes sub conditione tum expectari potest.

Ratio humana super venia peccatorum spem i.e. super spem condonandi peccati, reatus, culpae et poenae, — nam ista omnia reapse individuo cohaerent — reflectens, facile sequentia colli-git:

I. Omnem illam spem, si qua datur, mihi clementia divina. Deus enim est, quem legislatorem sanctissimum agnovit, simul-que vindicem ejus, et omnia quaecunque bona — ergo et bonum maximum, remissionem peccatorum Dei clementiam refert. —

II. Emendationem autem ex parte peccatoris esse conditionem sine qua non, continuans enim peccata homo, culpam augere, Deo displi-cere pergeret, novis poenis fieret obnoxius. Hoc sane requisitum

sensus communis edisserit, quem pulchre enunciat Cicero lib. II. de offi„
ciis cap. 3. „Deum placatum officiis sanctitas et pietas." Et Seneca
ep. 95. „Vis placare Deum, bonus esto." Hisce duobus in punctis omnes
conveniunt, imo plures sunt recentiori praecipue tempore Revela„
tionis adversarii, qui in hisce subsisti posse asserunt, dicentes: e„
mendationem et provocationem ad divinam clementiam sufficere ad spem
veniae concipiendam, hominemq; tranquillandum.
Id autem negamus, etenim:
III. Ratio intelligit, provocationi ad solam clementiam obstare divi„ Emendationem et
nam Iustitiam, illa enim homo inluitu clementiae spem foveat, sfrustra antecessorem
spes evanescit, si Iustitiam considerat ex qua peccatum quod„ peccati
libet sequatur poena; id enim postulat ordo quoq; moralis, cujus aucto„
ritas nulla esset, si impune posset violari, in Deo autem cogi„
tentur omnia attributa conjuncta, nec unumquid separatum ab
altero, ut unum alterum tollat, secus enim nullus esset conceptus
entis absoluti. Quapropter, si clementiae datur locus, justitia non
violetur i.e. spes concipi potest tunc, si poena e data, vel saltem
aliquid poenae aequivalens ~~poenae~~ propositum, per quod Iustitiae
fit satis, ut clementiae locus esse possit. Ex sanis ergo de Deo
conceptis" remissio peccatorum absoluta, sola ad clementiam provo„
catione non datur, sed conditionata i.e. si Iustitiae factum sue„
pit satis. —

§29. Conditionem illam ignorat homo.

Quod jam conditionem attinet, sub qua veniae spes concipi potest,
defendimus hominem illam ignorare, imo ejus cognitionem im„
possibilem esse, etenim:
I. Ipsa illa praesumptio, qua homo hanc conditionem inquirere
tentat, nonnisi superbiam humanam redolet. sicut enim in offen„
sionibus inter homines non ad eum, qui reus e, pertinet condi„
tionem perscribere, sub qua in gratiam redeat, sed ad offensum,
sic multo magis tunc, quum Deo ob peccatum nos homines
imbecilles displicere coepimus. —
II. Sed quidquid in eo negotio tentet homo, ad finem exopta„
tum non perveniet; nam investigatio hujus conditionis ad im„

impossibilia fuve refertur; per quodlibet enim peccatum ordo mo-
ralis, qui in aterna, et infinita Dei sanctitate et sapientia funda-
tur, turbatur. Peccare enim non aliud est, nisi ex scopo per infini-
tam rationem stabilito, sponte, i.e. libere aberrare, cujus ordinis mora-
lis aterni, infinitæ indolem et naturam, qui pernoscere valeat, infi-
nita mente prædites sit oportet. Quæcunque pertinent ad legis
rationem moralem divinam, et auctoritatem ejus tuendam, ordi-
nem moralem constituunt: est ergo infinita natura, profluens ex
infinita Dei essentia, i.e. ex infinita, aterna et inviolabili sancti-
tate. Quapropter nemo finitus unquam pernoscet conditiones,
quibus ille per peccatum turbatus, restituatur in integrum, cum
id ordinis totius essentiam pernoscendi supponat facultatem. —
Scire ergo conditiones, illas velle, idem est, ac universi regni ætn.
ei rationem penetrare, quod enti finito impossibile est. —
III. In hoc autem asserto nostro confirmamur si ad illas ipsas con-
ditiones, quas unâ in finem excogitaverunt varii oculos convertis-
mus. Et quidem nihil de iis dicimus, qui necem, quas lustrationes
per ignem et aquam, sacrificia varii generis, cruciatus et cæsi-
gationes, imo hominum macellationes in scelerum expiationem
adhibuerunt apud gentes, ut historia testatur. Illud hæc tenus
commune prodant, quo credebant solam pœnitentiam non sufi-
cere ad Numina placanda, ex illog fine omni consideratione
sunt digna, de iis tamen silemus, cum nemo sit, qui putet ea,
si a peccatorum auctoritate seapparentur, aliquem habere va-
lorem ad scelera expianda. — Tamen de indole ipsius emenda-
tionis moralis, quam pœnitentiores Moralistæ illam conditionem pu-
tant, sub qua peccata penitus expientur, et de modo, quo
id fieri putant, brevis adhuc sermo è instituendus. Putant
scil. emendationem moralem post gravia præcipue peccata,
multis difficultatibus obsoptam, hominique valde arduum esse,
antiquas relinquere consuetudines peccando contractas, et sen-
sualitatem illa abnegare, ubi contrarium bonum semper consentiat.

Jam omnes illas difficultates poenas posse considerari, quae divina justitia offerantur, in compensationem pro peccatis commissis — praecipue, quod aliqui addunt, quia homo emendatus quoad Numenon, non, quod in momento eo et unico fit, quo propositum emendationis capit, omnes illas difficultates, quas emendatio in phoenomeno juncas habet, seu poenas, jam non mercatur, jure ergo Deus potest hominem jam innocentem, pati poenas in satisfactionem emendati, pro antiquo peccato. Ad haec autem dicimus, totam illam distinctionem hominis, quoad Numenon emendati, et quoad phoenomenon emendandi, vanam esse et fundamento carere, cum homo non antea dici possit emendatus, quam omnis ejus agendi ratio sanctae legi conformis. deinde illa hypothesis, supponit perfectam hominis emendationem, ut homo plane innocens dici possit, quae autem non datur. Porro quidquid difficultatum homo emendationis causa patitur, sanctum ejus officium est, sine quo emendatio non datur. — Quidquid vero in officiis numeratur hominis, non est compensatio, haec enim supponeret opus superabundans. Denique tota illa theoria peccatis latam portam potius aperit, cum illa assumpta facile ere, derent homines respectu ad Deum impune posse peccare, dummodo postea studium emendationis sequatur, quod unico momento perfici potest. Sic ergo emendatio, quamvis illamdicamus conditionem, sine qua non, remissionis peccatorum, medium sufficiens non est, per quod solum homo spem venia consequi posset, potius faleri coactus est, a solo Deo revelande qui omnem ordinis moralis indolem solus pernoscit, id posse expectari. —

Objectio. Si quis dicat: ad impossibilia neminem teneri, quod si ergo conditionem illam nescire possimus, acquiescendum esse in illis, quae ratio proponit optima: Respondemus. Illam objectionem revelationis necessitatem non infringere, dicit tantum, manendum esse in illis, quae ratio perspicit,

/.

si revelatio non esset data; - Celerum autem nos exhortabitur, ut eam, pari diligentia inquiramus, an divinum auxilium insuper datum sit. -

Nota. Ex dictis ratio facile colligit: quodsi Deus super utramque thesim, - quas disquisivimus veritates competentes revelatis, illas transcendunt esse limites potentiae, quia pertinent ad ordinem supernaturalem perturbatum, cujus ex indole infinita sequitur: vix capere posse potentiam humanam, quidquid cum eo cohaeret, etiam postquam fuerit revelatum.

Hic ergo factum ipsum perturbationis, ejusq. impulsio, restitutio ordinis hujus in integrum, et media salutis; - a priori dicenda erunt.

Objectum Revelationis materialis. -

§30. Conspectus hujus demonstrationis. -

Thesis III. Duplici respectu haec thesis potest considerari, quatenus scil. conspicitur ipsum factum consociationis in Ecclesiam, vel quatenus conspiciuntur partes constitutivae ejusdem; utroq. respectu dicimus, rationem humanam non sufficere ad hominem in Ecclesiam consociandum. -

§31. Non sufficit ratio quoad partes constitutivas Ecclesiae. -

Quae hic dici possunt, non sunt, nisi recapitulatio eorum, quae in prioribus demonstravimus. Dato enim, non concesso, humanam rationem quoad factum consociationis in Ecclesiam sufficere, semper prodiret talis, quae in Symbolo suo, Codice et Rituali esset vacillans et defectiva: primum conspectu habito ad religionem naturalem; - secundum autem quoad illa capita, quae scitu necessaria sunt, ab humana ratione frustra exspectantur. Quod rituale specialim attinet, ratio intelligit quaedam aliam fore Deum externe colendi modum, hominum innocentium longe alium peccato inquinatorum; ergo etiam hoc respectu rituale quoq. a Deo esse exspectandum, et fore, ut in eo talia contineantur, quae a ratione tam parum capiuntur, quam parum capitur Codex Ordinis moralis indoles. -

§32. Neque quoad factum Consociationis.

Duplex, quod demonstravimus (§16) est via, qua homines in eccle-
siam coadunari possunt, - libera scil. conventione v. vero auctoritate.
Dicimus autem jam neq. via prima, neq. auctoritate humana, illam con-
sociationem rationabiliter possibilem cogitari. Etenim, quoad pri-
mum, liberam in idem symbolum, Codicem, Ritualeq. conventionem
attinet, illa ad genus humanum, uti est non quadrat. In philosophos
enim mutari deberent, qui terra colenda, vita sustentanda, admi-
niculis parandis, duriq. manuum laboribus occupati, vix rerum
physicarum causas perscrutari valent, multo minus fusius super
veritates abstractas speculationibus instituendis sunt idonei.
Talis autem est massima pars generis humani et ejus conditio
manebit quoq., quidquid aliqui, qui apriorisdice tm genus humanum
considerant, et conceptibus, qui realitate destituuntur concluden-
tes, de naturalitate generis humani, de ejusdem autonomia, et exem-
ptione ab auctoritate, fabulati sunt et fabulantur. —
Ab auctoritate omnis educatio incipit, auctoritate ducuntur in
vita quotidiana negotiis, auctoritate carere multo minus pote-
rant in re maxime abstrusa, et arcana, re Religionis scil. —
Quamdiu hoc verum est, et verum erit, semper libera conventio in
Symbolum, Codicem et Rituale, neq. cogitari poterit, et vane, qui
ope ecclesiastici instituti demum moribus perpoliantur et man-
suefiant, quod demonstravimus (§14) vix ea potebant sagacitate, mul-
to minus promptitudine, ut sponte sua ecclesiasticam ineant
consociationem. — Restat ergo tm. auctoritas, cui tuto acquie-
scere possunt singuli, qui veritatem indagare non valent, et a qua
sine errorio periculo, quæ ad aeternam salutem necessaria sunt,
edoceri possunt; - humana autem talis non erit, ad nullum enim
philosophorum homines poterunt remitti, cum ipsi eruditi in
sectas scindantur, studio contradicendi insaniunt, et cum sua
falsa defendunt, aliorum etiam vera subvertunt, quod experi-
entia docet, et a nobis est demonstratum. Sic vane casui
relinqueretur res gravissima, Fides semper esset cæca, quia

/.

quia coadunati in Ecclesiam, veritatem in suis internis rationibus non perspiciant, – crederent tm ad verbum vacillans magistrorum erroribus obnoxiorum. Superest ergo tm, ut in hoc quoq; negotio ad auctoritatem Dei confugiamus, qua homines sub pignore certitudinis absoluta in societatem religiosam coadunet, veritates ad Symbolum, Ecclesiam et Rituale pertinentes, homines doceat, virosq; illos designet, qui legatione divina fungentes, sacris operentur, toti societati praesint, omniaq; gubernent ad voluntatem ejus, qui ipsius Ecclesiae auctor, et Dominus scil. Dei. – Sic fiet, ut Ecclesia nullum in veritatibus necessariis habeat defectum, ea certitudine gaudeat, quae omnem errorem excludat, fidesq; talis sit, qua est summe rationalis, utpote Deo infallibili et benignissimo innixa. Necessitas hujus interventus divini, per omnem historiam confirmatur, quod docet, omnes, quicunq; super terras homines in unitatem ecclesiasticam redigere intendebant, et si vera revelatio defuerat, ad eamdem confugisse, e.g. Numa Pompilius, tota Romanorum et Graecorum cultus qua ecclesia, Muhamedes, Persae, quorum Magi cum Deo et spiritibus commercium prosequebantur. – per historiam docemur porro mox lapsas esse omnes ecclesias, quamprimum illud ipsum commercium divinum suspectum reddebatur. Insuper ecclesia sic dicta naturalis monstrum, recentiori tempore Gallia exhibuit. Sic evitam est ecclesiam nonnisi a Dei interventu explicari. –

Nota. Ecclesiam possibilem divinam non tm necessariam esse incultis, sed et cultissimis, ex dictis patet, cum nulla humana auctoritas, nec disquisitio, nec investigatio propria in iis, quae rationem superant, persuasionem rationabilem concipere possent. – Hisce, quae ex rationabilibus nostris et moralibus decidendis deduximus, probavimus Revelationis formalis et materialis necessitatem. –

Caput quartum.

De possibilitate Revelationis

§33. Nexus cum praecedentibus.

Omne desiderium Revelationis in nihilum recideret, frustraque expectaremus divinum adjutorium, si ipsa communicatio divina ad impossibilia esset referenda, quapropter, antequam inquiratur,

inquiratur, quibus criteriis illa cognoscatur, dicendum de ipsa ejus possibilitate, et quidem eo accuratius, quo magis et hanc recentiori tempore impugnaverunt. Hodiene ergo possibilis et impossibilis praemissa, monstrabimus Revelationem revera esse possibilem, nosq. adversariorum objectionibus tuebari. →

§34. Notiones necessario praeviae.

Distinguitur inter logice, realiter et ethice-possibile, et quidem quidquid in conceptum junctum contradictionem non involvit, appellamus logice possibile; quidquid autem in conceptum junctum pugnat, dicitur logice impossibile. Ad ferendum ergo judicium super possibilitatem v. impossibilitatem logicam, sufficit notas rei, de qua agitur, essentiales investigare et comparare, an conceptus cogitari an non cogitari possit, ex quo apparet campum rerum logice possibilium esse immensum, et judicium plenarium competere desuper rationi humanae. — A logice possibili differt realiter possibile eo, quod illud cogitari possit, hoc non tam cogitari posse debet, sed et habilitatem habet ad existentiam; — realiter impossibile est, quod illud cogitari possit, tamen habilitatem non habet ad existentiam. Ex hac vero definitione fluit: judicium desuper nostrum multo arctioribus circumscriptum esse limitibus; pendet enim rerum habilitas ad existentiam, a relatione earundem ad mundi ordinem ita concatenatum, ut certis finibus inserviant singula, singulaque referenda sint ad totalis mundi complexum; pendet a viribus quae naturae indita et certo modo determinata his et non aliis effectibus producendis idoneae sunt, pendet demum a speciali relatione ad finem spiritualem universi regni ethici, qui per hoc et non alia media obtinetur; plus ergo requiritur ad possibilitatem realem, quam ad possibilitatem logicam; hinc sicut judicium nostrum de possibilitate reali, arctioribus restrictum est limitibus; sic etiam a rerum ipsarum existentia semper valebit conclusio ad logicam possibilitatem, non idem ad logicam ad realem. Quapropter verum erit et illud: de rerum possibilitate reali

realiū non prius ferendum esse certum judicium, quam de earum existentia, constet, a priori autem suspendendum esse omne judicium, nihilq; neq; affirmandum, neq; negandum. Illi autem de existentia certo constet, rerum modus incomprehensibilis neminem turbabit, nemoq; incomprehensibile cum impossibili confundet, rerumq; sive spiritualium, sive plurivicarum existentiam negabit propterea, quia modum, quo res se habet, ignorat. Si enim id faceret, suam finitam potionem aequipararet infinitæ, qua sola rerum causas et modos omnes pernoscit, omneq; rerum regnum realiter possibilium penetrat. – Ethice possibile est, quidquid potentiæ seu moralitati non adversatur; contrarium impossibile est. – – – – – –

§35. Possibilitas Revelationis. –

Ilisce bene intellectis notionibus, facile intelligitur logicam revelationis possibilitatem multi prorsus difficultati obnoxiam esse, nota enim, quæ in conceptum junguntur sunt: Deus, homo, actio Dei immediata in homines, quæ docendus, quæ prorsus ignota sunt, v. g. obscure in mente latent, hæ autem notæ omnes sunt positivæ, una ergo alteram non excludit, in unitatem proprii conceptus jungi possunt, quo efficitur, Revelationem cogitari posse, v. g. esse logice possibilem. – Verum quidem est, a posse ad esse non valere illationem, sed tamen hæc, quæ diximus, nobis jam sufficiunt, quodsi enim ex criteriis certis posteā adducendis probaverimus, revera datam esse revelationem, ejus realis possibilitas erit evicta. Interim hic notamus: multa nostra desideria, maxime probabilem reddunt realem Revelationis possibilitatem, cum revelatio, ut demonstrabimus tanquam certissimum et lucidissimum medium nobis exhibetur, quo nostrum finem obtineamus. – Quodsi porro existentia ejus demonstrata erit, forsitan modus ejus data, incomprehensibilis erit – id eudem ex dictis neminem turbabit cum incomprehensibile nunquam confundendum sit cum impossibili, et id quidem eo minus, quia etiam in rerum natura physica plurima existunt, de quorum realitate minime dubitare licet,

quorum autem existendi modum ignoramus. Interim tamen, ut officio nostro ex asse fungamur, juvabit et modos considerare, quibus Deus revelans cogitari potest, ex quorum consideratione patebit, illos non magis incomprehensibiles esse, quam multa, quæ quotidie in rerum natura videmus, et realia accipiamus, et si modum illorum ignoremus. —

§ 36. Judicium rationis super modos Revelationis.

Modi, quibus Deus revelans cogitari potest, sunt v.g. modus internus v.g. vero externus, dum scil. v.g. sine adhibito medio mentem hominis tangit, efficitq, ut v.g. obscure latentia in mente illustrentur, v.g. nova prorsus cogitationum series in illo oriatur, proinde nova veritates doceantur, quarum antea nulla adesset cognitio, — v.g. dum per verba et symbola extraordinariis phænomenis, quæ ad Dei causalitatem sunt referenda, juncta, hominem voluntatem suam doceat, si hoc ipso corpore humano quo nos induti sumus se vestiat, v.g. spiritum alterum humano corpore circumdat et ad genus humanum adlegat.

Ratio agnoscit a) omnes hos modos Deo esse possibiles v.g. non magis esse incomprehensibiles, quam multa alia quotidiana, quorum nexum intimum perspicere non valemus. —

Quod jam hos modos attinet, generaliter dicimus: illos attributis divinis dum parum repugnare, ut potius malum - dare - conceptum de Deo sibi effingat, qui illos neget possibiles: ipse enim Deus, Ens absolutum, omnium virium et legum e auctor, ipsis tamen omnibus superior, neq illis adstrictus, secus enim non esset independens, absolutus, et natura ipsa staueretur, quæ summam ejus potentiam — creatura ergo Creatorem — impedire queat, quod sane repugnat. —

Si autem illos modos specialim consideremus: sequentia observamus: Utut Deus rem ita disposuerit, ut spiritus humanus intervenientе medio crassiori, corpore scil. tangatur, invitus, et in alium spiritum agat, nemo tamen serio defendet,

corpore non interveniente, fieri non posse, ille enim Deus, qui hanc conditionem posuit, potuisset etiam immediatam spiritualem communionem velle et ordinare, nulla enim in proposito, cum necessitas conspicitur absoluta, potest ergo ille ipse in casu speciali conditionem illam, ex voluntate sua tum relativa necessariam tollere propter finem bonorum, et aliam institutionem adhibere. Quodsi autem quis dicat: id non comprehendi a nobis, dicimus: pariter non comprehendi, quomodo spiritus alliones, quorum existentiam, ut videbimus, ratio quoq. agnoscit, in invicem agant vel quomodo anima a corpore abiquando solide in alterata vita se invicem ament, veritatis lumen clarius perspiciant, etc. quod tamen omnes admittunt, ubi non intelligant modum in animis corporum experibus. Porro, qui aurem humanam sic instruxit, ut illa verberato per os alterius aere, hujus ipsius cogitationes percipiat, et animo deferat, ille certe tam potens erit, qui sola sua voluntate sic aerem moveat, ut sonus pariter articulatus per aures ad animam perveniat. – Talis et tantus, qui universa sua voluntate creavit, etiam symbolorum qualiumcunque esse potuit auctor, et ille, qui aliquando corpus humanum existere fecit, vel sibi, vel spiritibus alliobus circumdare potuit, ut homo, humano prorsus modo edoceatur. Qui hoc et similia negare vellet, negare quoq. debebit mundi per Deum creationem primam, vel omnem influxum Dei in materiam, quibus negatis, et ipsa negabitur mundi conservatio et gubernatio per Deum, cujus jam creationis, conservationis, et gubernationis modum nemo mortalium perspicit, tamen qui libet sanae mentis admittit, et fidem ei illam credit rationabilem. – Concedant ergo nobis adversarii, fidem quoq. nostram, si testante historia aliquo horum modorum Deus sese revelando fuerit usus, esse rationabilem, etsi modum non perspiciamus. –

§37. Objectiones contra realem possibilitatem praecipue Revelationis materialis.

Concedant quidem adversarii hos modos cogitari posse, si ad Deum

2.

si ad Deum ulm respiciamus, impugnant vero possibilitatem Revelationis praecipue materialiste ex parte hominis, qui non ita apti sit recipiendis veritatibus, quae limites rationis transcendunt, utut enim dicunt, Deus sit cognitionis immensa, adeoque concedendum sit, illum veritates qualescunq; tradere posse, homo tamen ad earum verba Dei revelantis ulm percipiet, sed sensum cum iis non conjunget, quia relationem praedicati ad subjectum non intelliget. Inducunt, quo rem confirmare volunt, dicunt adstrictam esse rationem in cultura sua ad legem connexionis, quae postulat, ut una idea evolvatur ex altera. Nova ergo idearum series, quae in materiali relatione supponitur, quae non fundatur in veritatibus jam cognitis, capacitas hominis repugnat, nullog; in casu proderit homini. Illis ce eadem opponimus: Falsum e non in veritatibus, quae rationis limites transcendunt revelationis mera percipere verba, sensa quoad nos destituta, deog; nihil prodesse, longe aliud e scire esse rem, et tali ex. illo modo in utilitatem nostram converti, et aliud e, internam rei, de qua agitur, essentiam penetrare. — Hoc discrimen non attendunt illi, qui ea possitam objectionem proferunt, scil: etiam in veritatibus, quae rationis limites transcendunt, intelligimus, quid sibi velit subjectum, quid praedicatum — scimus porro hoc praedicatum, hoc et non alio respectu huic subjecto tribui, qualem usum hujus doctrinae oporteat facere, cui eadem, et qua interna necessitate haec omnia ita se habeant, nos latet. Hujus internae essentiae, et internae nexus cognitionis defectum supplet revelantis Dei auctoritas, cui sane ob summam scientiam et benignitatem tuto acquiescere licet, et quidem, si in vita quotidiana commercium rationabiliter in multis auctoritati humanae acquiescimus, etsi interna rei cognitio desit — quanto magis divinae Auctoritati? — Et sane rationabiliter, quisq; alii medico ignarum etsi

/.

medici medicamentum paranti auctoritate contentus ē, quamvis non sciat, quomodo medicamentum profuturum sit. – Concedant ergo nobis multo majorem rationabilitatem, dum de effatis divinis agitur, quæ, quomodo in usum deducantur bene novimus, ut dogmatica specialis demonstrabit. – Legis porro continuitatem nemo ignorat, et quilibet concedet mentis humanæ naturam illi adhærere, attamen tunc tum, ubi de rendentia alicujus interna scientiæ agatur, v.g. homo se ipsum, nullo interveniente magistro excolat, quodsi autem auctoritas magistri sufficiens interponatur, homo etiam in vita quotidiana plura recipiat et vera, quam intermedias scivit ideas. sic etiam illi, qui astronomiam non callent, ad verba Astronomi credunt deferentem luna, qui calculos intermedios et rationem investigare valeant, et horum fides dicitur rationabilis. —

Quodsi autem adversarii pedanti in Revelatione materiali, ubi interna rei cognitio abest, hominem facile ludibrio phantasiæ suæ exponi, ut abnormia cogitata sua et extravagantia, pulcherrima divina, – in Providentiam confidimus, quæ certe, si quid revelavit, v.g. revellet, efficiet, ut pie a phantasia ludibriis, eloquia divina queant distinguis – Si difficultatem porro invenias in eo; quod lingua humana peritioribus ejusmodi designandis nulla adhuc habeat vocabula – sufficit scire, Deum v.g. transferre posse verba a proprio significatu ad objectum novum designandum, v.g. posse per novam verborum compositionem novas doctrinas designare, v.g. prorsus nova vocabula creare, eaq cum conceptu necessario hominibus suppeditare. Si etiam inter homines illi procedant, qui novarum rerum sunt auctores. —

§38. Ethica revelationis possibilitas.

Ethice possibilem esse revelationem ex illis, quæ de necessitate ejusdem, ex desideriis nostris, ex rationalibus et moralibus diximus, patet, et accuratius patebit, doctrina revelata exposita. –

Hisce absolvimus doctrinam de possibilitate revelationis. —

Caput quintum.

De criteriis veræ revelationis.

§39. Nexus et momentum hujus doctrinæ.

Si jam a desideriis naturæ nostræ ad historiam vêrâs convertimus videmus plurimas in orbe terrarum Religiones, quæ esse revelatas annunciant. Cum jam plurimum differant inter se, sibiq; contradicant, una tm sicut Religio in genere vere divinitus revelata esse potest, oportet certas notas, seu characteres adhibere, quibus vera, si qua datur, a quacumq; falsa discernatur. Momentum sane hoc doctrinæ gravissimum; etenim nostra fides in aliquam revelationem hanc demum rationabilis erit, si argumenta habeamus, quibus inducti credimus, hanc et non aliam Religionem illam esse, quæ revera a Deo habet originem, ut nihil de eo dicamus, nostra tempora accuratiorem hujus rei disquisitionem postulare, cum tot sint, qui Revelationem impugnant. —

§40. Necessaria definitiones.

Sub criterio revelationis intelligimus certam notam, qua vera revelatio a falsa quacumq; discernitur. Hæc criteria jam possunt esse v.g. interna v.g. externa, prout v.g. ex doctrina, quæ revelata dicitur, indole ipsa, v.g. vero a testimonio illius petuntur, qui revelationem a Deo se accepisse dixerit. Interna autem possunt esse v.g. negativa v.g. positiva. Prioris speciei, quatenus enunciant in revelationis indole nihil inesse, quod repugnet; posteriores, quatenus enunciant indolem revelationis cum omnibus adjunctis, circumstantiis, rationalibus et moralibus humanis desideriis consentire. —

§41. Conclusiones variæ ex diversis his criteriis.

Dicimus jam ex criteriis negativis internis concludi ad possibilitatem; ex internis possibilibus ad probabilitatem majorem v.g. minorem; unice autem ex externis ad realitatem divinæ originis doctrinæ, de qua agitur. Quod sic probamus: Revelationem

/.

/.

generi humano contingisse, quaestio facti est, non ergo alio modo probari potest, quam ea via, qua in genere historia probatur, cum jam, qualecunq; factum non nisi testimoniis idoneis eorum, qui, testes sunt competentes, verum probativa, qualiscunq; autem operis veritatis speculatio rei factæ tm v. possibilitatem v. ad summum probabilitatem exhibeat, et id quidem propterea, quia, etiamsi ea possibilis est, v. cum adjunctis locorum, et temporum et hominum, eorum vobis consentiat, nondum reapse contingere debuit potest, pro demonstratione revelationis factæ, necessaria esse eadem argumenta, quæ scriptis nominis sunt historica, i.e. testimonia competentia. – Interim tamen verum est, factum quale cunq; contingere tm posse, si nullam in se repugnantiam involvit, quapropter in disjudicatione facti commode primo loco poni potest hæc ipsa quæstio an non repugnantiam involvat quod factum dicitur? Si nulla adsit repugnantia, sine ulteriori examine erit rejiciendum tanquam falsum, quo majoris momenti autem est factum, quod disquiritur ipsum, eo majori cura omnia adjuncta concomitantia erunt consideranda; quo accuratior cum iis perspicitur consensus, eo probabilior fit facti ipsius veritas, proniorq; animus redditur, qui testimonijs adferendis fidem adhibeat. –

Sic procedimus in facto quolibet disjudicando, falsaq; admittimus conclusiones; sic ergo et in Revelatione erit procedendum, utpote, qua factum supponit et eo majori cura omnia argumenta erunt jungenda, quo sublimius e ipsum factum, quod in disquisitionem vocatur. Suo ordine ergo in sequentibus haec criteria interna et externa deducemus, naturamq; eorum ex conceptu Dei revelantis, revelationis ipsius et operibus divinorum decidentiorum nostrorum stabiliemus.

§ 42. Indoles criteriorum internorum negativorum.

Qui indolem religionis, quæ originem vere divinam habet consideravit, ad doctrinam ipsam et ad modum respicere debet, quo est

/.

quo est annuntiata, utrum jam respectu ab omni contradictione sit immunis, si a Deo sit profecta, quapropter, quod ipsam doctrinam spectat:

1. Nullam contineat repugnantiam cum rationis principiis certis et indubitatis, sive theoreticis sive practicis, adeoque nihil, quod legibus cogitandi et moralitati adversetur, neque

2. Cum summis Dei attributis, prout a sana ratione cognoscuntur, utrumque autem ideo, quia Deus neque sibi ipsi, neque certis rationis principiis, quorum ipse est auctor, unquam contradicere potest, sed etiam:

3. Non repugnet factis certis et indubitatis, cum factum neque per omnipotentiam fieri queat infectum; —

4. Simili modo, quod specialiter modum annunciatae doctrinae attinet, neque fallaciis, neque vi armis et persecutionibus v.g. perversis quibusvis, ratibus sit annunciata, ea enim sanctissimo Deo reapse repugnant, neque Omnipotens illis eget. Hoc primum requisitum est, quod sana ratio de revelatione postulat, et ex hac, ab omni repugnantia, immunitate ut diximus, — ad possibilitatem divinae originis concludit. —

§43. Indoles criteriorum internorum positivorum. —

Revelatio, quae vere a Deo sit profecta, non tm a contradictione sit immunis, sed et positive desideriis nostris spiritualibus, ex quibusdam revelationem a Deo petimus, satisfaciat. —

Quapropter a) Exhibeat nobis integrum religionis naturalis complexum, et quidem ea claritate et certitudine, qua ut vidimus, ab humana ratione frustra expectatur. b) Solvat aenigma naturae nostrae, et doceat, qualis sit hujus perturbationis moralis, et studium adeo discrepantium causa et origo. c) Modum expiandorum delictorum, quo in amicitiam Dei redeamus, spemque fovere possimus, felicitatis aeternae, nobis suppeditet. d) Constitutionem regni ethico-religiosi externi interposita auctoritate divina nobis fundat et in societatem ecclesiasticam

/.

homines congregat. – Et quia ha indigentia non unius et alterius hominis, sed universi generis humani sunt ēj. Revelatio vera sit accommodata ad omnes homines, omniumque temporum et loco rum et intendat omnes homines salutifera sua luce percel lere, seu habeat indolem Catholicitatis. Ex his, si adsunt, con cludere licet ad probabilem hujusmodi doctrinæ divinam ori ginem.

Nota. Haec autem requisita postulat ratio ex revelatione quæ se absolutam annunciat, posset enim cogitari revelatio quæ absoluta pro præparatione inserviat. In præparatoria cir cumscribenda erunt ea requisita ex fine præparationis. In ea poterunt ergo concedi adumbrationes rerum futurarum typi eorum, quae ventura sunt. In ea non offendat Particularis mus, modo spem excitet futuræ Ecclesiæ universalis. —

§44. Continuatio antecedentium.

Interim tamen verum est, hoc argumentum internum posse illa confirmari, ut ejus valor mirifice augeatur, eaq probabilitas ad summum gradum a scendat. Aliqua horum momentorum adducimus: Si enim e jusmodi doctrina tanta animas percellendi vi prædita est, ut fere invitos in sui admirationem abripiat, si quorsumcumque penetrat, mores mansuescunt, barbari domantur, vinculum so ciale arctius nectitur, felicitas procuratur, odia cessant, im micitiæ tolluntur, si insuper in indole humana ratio suffi ciens ejus inventa non deprehenditur, si omni historiæ adversa tur, hominem sibi relictum ad illa præstantia fastigium pro prius virtutis eluctari, si inter gravissima obstacula et abrupti ssima impedimenta celerrime propagatur, et in dies majora ca pit incrementa, si haec et similia adsunt, nullum fundamentum adest rationabiliter adstruendi, eam doctrinam humanæ esse originis, potius omnia sua debere, eam ad Deum esse referendam.

Hacc ergo omnia in doctrina, quae divinam praeseferat originem, sunt considerandae.

Nota 1. Facile patet hoc argumentum praecipue valere et per hoc animum pronum reddi, qui auctoritati divinae se submittat, et testimonium desuper latum libentius accipiat. —

Nota 2. Pro cultis hoc argumentum praecipue valere, in propatulo est, cum pudes et inculti argumentis illis capiendis non sunt pares.

Nota 3. Qualiscumque ejus argumenti sit vis, subjectivum tamen semper manet, praecipue v. g. quia speculationibus immiscetur? —

§ 45. Criterium externum.

Argumentum, quod rem, ut diximus proprie demonstrat, est testimonium dictum ab illo, cui revelatio contigit. Quaeritur ergo, quale testimonium requiratur, ut dici possit competens et cui in negotio hocce fides indubitata adhibeatur? Imprimis quidem considerandum, ut in qualibet teste, erit character illius, qui testimonium dicit. Si enim v. g. suspicio viri fallacis ethicalis minus amantis in eundem cadat, pronum fuit judicium, fidem ejusmodi testimonio vix posse adhiberi. Interim tamen in qualicumque vita probabile ejus, qui testimonium dixit, non erit subsistendum, certum nobis est, qualecumque testimonium mere humanum, illud commercium supernaturale divinum nunquam demonstrare, sed requiri testimonium, quod eam facta concomitantia, id autem assertum sic probamus:

quae immediatam Dei auctoritatem sunt [illegible] seu quod miracula et vaticinia concomitantur.

I. Ex natura facti, in cujus contestationem testimonium editur. Est scilicet illud factum, communicatio cum aliquo homine doctrinae divinae, factum divinum, — quod vi naturae suae postulat testimonium pariter divinum. Illud enim non dubitemus, Deum singulis hominibus se ita posse manifestare, ut hic certum constet, Deum esse locutum; juxta tamen quisque, ad quem talis legatione divina fungeretur, quaerit indubiam hujus

legationis demonstrationem, quam vita, ullus proba, non expectet habet, cum exceptibus semper relinquat locum saltem eatenus quatenus probus quoque fantasia extravagandis ludibrio possit obrepi, praecipue cum hominis, qui legatum divinum recipiat, innata sensualitas in contrarium vergat, proclivem qualecunque potius excutere amet. Insuper superbia humana de propria mine lubenter gloriatur, quibus exceptionibus ut certissime obstrueretur, si Deus ipse conclesteret testimonium illud verum esse, fidemq illi adhiberi debere, id autem accommodatissime fiet, si ipsum legatum sua exornet potestate caliaq phoenomena edendi tribuat facultatem, quae ad immediatam causalitatem divi, nam sunt referenda. —

III. Argumentum adductum confirmatur per naturam Revelationis, qualis nobis e necessaria. — Etenim in illis ejus partibus, quae rationis limites transcendunt, argumentum ex praestantia doctrinae solum, non potest habere locum, cum internus nexus praedicati cum subjecto nos lateat, testimonium ergo etiam mere humanum, ullus sit hominis probi, ad convictionem non sufficiet cum ipsa materia credi debeat ob auctoritatem loquentis, humana autem auctoritas talis non sit, quae nobis persuadeat de veritate sententiarum, quae omnem rationem humanam superant.

III. Accedit, quod major pars generis humani rudis sit, et inculta per extraordinaria naturae phoenomena, eaque divina, ad divinam legatam attenta reddi debeat, cum argumentis etiam in veritatis suis naturalibus ponderandis, et testimoniis, quae vedit veritatis dijudicandis non sit apta, huic majori parti generis humani ma, le consultum esset, nisi Deus externe, quasi conspicuendum se praebeat, et visibilem lectoram legislationis sua ipsi exhibeat. — Haec de necessitate testimonii Dei, quod unice dignum est divina doctrinae origini demonstrandae sufficiant, — ex quibus autem sponte fluunt sequentia corrolaria:

1. Miraculorum necessitatem esse eandem, quae necessitas est ipsius Revelationis.

2. Ea necessariam non inculis dum esse, sed et cultis quibusvis, qui de veritate revelationis, praecipue materialis credi volunt.
3. Ex his jam perspicuum ordine suo sequi doctrinam de miraculis; quae jure dicuntur objectivum i.e. ex re ipsa desumptum et omnibus accomodatum pro legatione divina argumentum.

De Miraculis.

§46. Notio Miraculi.

Sub miraculo intelligimus phaenomenon supernaturali operatione divina, in mundo sensibili productum, – quam definitionem sic explicamus et vindicamus:

I. Dicimus miraculum phaenomenon i.e. eventum sensibus patentem, id enim requirimus, quia secus non esset idoneum medium ad legati divini missionem externa demonstrandam, quae nota distinguitur miraculum ab operationibus gratiae divinae, si illa interne hominem tangit.

II. Requirimus supernaturalem operationem divinam eo sensu, quo supernaturale opponitur naturali, quod ex viribus rerum creatarum nascitur, aut ex legibus, quas vires rerum creatarum constanter sequuntur; non ergo eatenus miracula referimus ad Deum, quatenus ultimo omnia ad Eum referuntur, qui est auctor naturae, sed ad Deum, qui propter finem specialem leges naturae vel suspendit, vi. contrarium etiam ab iis effectum producit. – Sic satis distinguuntur miracula ab effectibus naturalibus etiam ab insolitis, qui raro – attamen ex viribus naturae eveniunt; – et a mirabilibus, quae vel humanae vires naturae magis occultas adhibendo efficiuntur. Ex his autem patet:

III. Miraculum fore semper eventum, qui autem, quoad modum a consuetis naturae effectibus recedit, si enim ab iis non quoad modum quoque differret, neque unde discerni illum ad aliam, quam ad ordinariam causam referendi. Sic character nostri quoque miraculi inest, quod aliquid denotat, attentionem

excitans, et in admirationem adducens. Insuper autem;
IV. Effectus, qui miraculum habeatur, expresse ad legitimationem ejus, qui legatum divinum se dicit, referatur, v.g. cum in finem sit dictum, ut v.g. moralitatis adipiscendæ fini, aut introductioni religionis revelatæ inserviat. Si enim seorsim a tali legitimatione, in introducenda ergo Religione et promovenda moralitate edatur, finis ille gravis desideratur, quem necessario supponimus, si statuamus Deum seriem causarum naturalium interrumpere. —
Hæc quoad definitionem et naturam miraculi. —

§47. Divisio Miraculorum

Miraculorum quidem omnium, ut vidimus, ea natura est, ut veribus naturalibus non fiant, sed ad Deum immediate agentem referantur; interim tamen considerando hos ipsos effectus, et conferando cum iis, quæ alias naturæ conveniunt, notabile ea, quæ desiderium constituitur, et divisio oritur in miracula quoad substantiam, seu absoluta, et quoad modum, seu relativa. Scilicet Deus sic immediate agens cogitari potest, ut eventus sit contra leges naturæ illa, ut eae v.g. mutatæ v.g. suspensæ dici debeant, adeoque effectus in rerum natura visibili, milem prorsus non habeat, e.g. dum mortuum resuscitat corpora in alia mutat, etc. hos vocant absoluta, seu quoad substantiam. — Potest autem etiam sic immediate agens cogitari, ut effectus quidem effectui naturali similis sit, eum tamen superet quoad modum e.g. dum insanem graviter aegrotantem sanet, donum linguarum infundit, etc. Hæc dicunt miracula quoad modum sunt relativa. Horum jam miraculorum qualiumcunq demonstranda est possibilitas. —

§48. Possibilitas Miraculorum.

Quod jam logicam miraculorum possibilitatem attinet, ea facile evincitur, cum notio contradictionem non involvat, nulla

enim notanum, quæ in conceptum miraculi junguntur, alteram tollit, cum omnes sint positivæ; sed æque concedi debebit realis eorum possibilitas, postquam demonstraverimus veri nominis dari miracula; quod autem ad illorum modum attinet ille non magis absconditus est, quam ipsa prima mundi creatio, quæ pavem Dei influxum in materiam supponit, quam ipsa porro legum naturalium per Deum ordinatio prima, quæ tota ad Deum est referenda. Qui ergo miraculorum possibilitatem realem negavet: v.g. Deum legibus naturæ adstringeret, atque adeo erronee cogitaret de Deo; vel omnem deberet negare influxum Dei in materiam, quo negato, negaretur et ipsa Creatio et Providentia. —

Illud autem hoc clara videntur, tamen erant et sunt qui ipsam hanc possibilitatem negent, et sibi videntur vel contradictionem cum natura rerum creatarum invenire. — Præcipuæ, quæ proferunt audiamus subnectentes difficultatum solutiones: —

Obj. a) Putant scil. repugnare miracula sapientiæ divinæ, quatenus sunt exceptiones ab ordine naturæ, quem Deus stabilivit sapientissimus; corrigere ergo quasi videtur, quod minus recte erat ordinatum? Pariter immutabilitati, propter quam fixus maneat cursus ille, quem omnipotens ordinavit ab æterno. — Sed cum neutro horum attributorum repugnant: qui enim per miracula corrigi minus sapienter ordinatum mundi cursum putaret, falsum sane eorum statueret conceptum; sunt enim lucidissima summæ sapientiæ demonstratio, cum vere sapientis sit finem proximis promovere moralibus, quod fecit Deus legatum suum, quem ordo physicus legitimare non potest, immediata sua operatione inter homines introduxit. Eodem modo res se habet quoad Immutabilitatem, sicut enim ab æterno voluit Deus hunc, et non alium esse ordinem naturæ consuetum, sic etiam ab æterno voluit esse has, v.g. illas ab eo exceptiones per hoc v.g. illa miracula. —

Resp. a)

F vel contradictionem cum attributis

/.

Aliquin in Deum sicut spatiu, sic temporis limites non cadunt, pro
territa est fulmea simplex coram Eo inditio: ergo et miracula quoad
nos tm in tempore fiunt, non vero quoad Deum, et per crassum
Antropomorphismum putaret quis Eum in tempore mutare
cursum naturae. —

Nº II. Putant autem porro: miraculo pugnare cum natura rerum creatarum, quatenus scil. leges naturae sint necessariae, utpote in neces-
saria Dei voluntate fundatae. Insuper in aliquibus miraculis
ita rerum naturam dicunt affici, ut dicendum sit: aliquid simul esse, et non esse; quod est contradictorium; e.g. aqua natura postulat,
ut corpus gravius mergatur, quodsi jam in superficie ejus homo
ambulet, qui non mergatur, aqua quidem et hominis natura ex hypothesi
si maneret intacta, sublata tamen naturali conditione v.g. aqua
v.g. hominis, quod idem esset ac dicere, „aqua est, et non est a-
qua, v.g. homo est et non est homo." Idem valet de igne, qui exuta na-
turali combustibilia comburendi virtute, ignis esset et non esset,
quis, si combustibilia admota non comburaret. — Praeterea di-
cunt: non comprehendi: substantias rerum tolli et annihilari —
quapropter, si aqua mutetur in vinum, exinde oriatur cum
substantia aquae, illud neque vinum est, neq. aqua ex hypothesi, v.g. aqua et vinum simul, quod repugnat, et similia alia. —

Ad haec respondemus: Non distinguunt, qui sic argumen-
tantur, inter leges et essentias rerum, physicas et metaphysi-
cas, neque accurate considerant, quid proprie in miraculis
fiat; ad hoc vide intelligenda praemittenda sunt sequentia:
Intelligentiae sub legibus naturae metaphysicis summa principia
in rationis ipsius indole fundata, valitura ubig et semper,
si ratio, v.g. mundum creatum cogitet. Ejusmodi principia
sunt: aliquid non simul esse posse, et non esse; nihil esse
sine causa; effectum esse suae causae correspondentem.
Hanc ratio qualiscumq vera agnoscere debet, iis enim sub-
latis, tolleretur ipsa ejus essentia; haec principia, sen ha-

/.

seu ha leges quae dicuntur et sunt aeternae, in necessaria rationis indole fundatae. Leges autem physicae, sub quibus intelligimus modos uniformes, quibus certa alicujus naturae vires sese exerunt non sunt nisi applicatio horum necessariorum principiorum, ad mundum realem. Ex quo etiam certum est, eas pro variis ipsius mundi, de quo agitur, conditione fore diversas, in iis nullam absolutam necessitatem invenire. – Si quis enim legum physicarum necessitatem absolutam defenderet, negaret mundi contingentiam, Deum cum mundo confunderet, et qui sunt similes errores, qui ex defensa absoluta legum physicarum necessitate resultant. – Quodsi autem leges physicae absoluta necessitate non gaudent, simul sequitur, eas relative tm, nequaquam autem absolute esse immutabiles, i.e. defendimus leges naturae sibi relictas constanter eundem producere effectum, quem scil. Deus illas ordinando intendit, nec dari exceptiones alias, quam, quae ex viribus ipsis sunt possibiles. id autem defendimus, propter Dei sapientiam, qua illas constituit, dicimus autem, illas quascunque vires et leges ita subesse auctori Do, ut ab ejus voluntate pendeat: effectus earum v.g. suspendere, v.g. etiam mutare, quia Deus omnipotentia praegaudet. Ulut enim leges methaphysicae sunt aeternae et immutabiles, ut nemo, neque Deus efficere possit: esse quidpiam et non esse, v.g. aliquid sine causa: leges tam physicae, e.g. motus, gravitatis, et reliqua mutari possunt, quamprimum voluntas illa intercedit, qua illas ordinavit, et statim ab initio aliter, ordinare potuisset, quam sint ordinatae. – Similimodo res se habet cum essentia rerum, quae constituitur per notas essentiales, quae efficiunt objectum aliquod tale, et non aliud esse. Lex methaphysica id tm edixerit, objectum aliquod, quamdiu illud sit, retinere suas notas essentiales, seu constitutivas debere. Quicumque autem dicerit ipsum objectum cum notis suis essentialibus non posse penitus annihilari, et locum cedere novo prorsus objecto, simul statueret absolutam necessitatem objectorum contingentium, quod sane repugnat. His praemissis dicimus: per qualiacumque miracula leges

/ metaphisicas non langi, – multo minus mutari, sed versari ita om-
nia circa leges phisicas, mutationi per alterioram causam obnoxias
In nullo enim miraculo dicimus aliquid simul esse, et non esse, vel
sine causa sufficiente esse, v. Ens aliquod esse cum nodis tamen es-
sentialibus alterius entis, quod facilisimo patebit, dum exempla supra
allata perlustremus: Si scil. corpus humanum aqua superambulavit,
nec mergitur, v. ignis combustibilia non comburit, negnaquam
dicimus amissa naturali conditione aquam non esse aquam, ignem
non esse ignem, quod contradiceret, sed dicimus: manente aqua et
igne in naturali sua conditione, effectum tamen consuetum impe-
divit per vim illam, qua legem physicam ordinavit, et aliter ab
initio aliter ordinare potuisset. Contradictio sane obtineret, si a
re ita allatis abstraheremus, effectum illum v. aquae v. igni v.
homini adscriberemus, sane sane dicerentur, ita objecta naturali
sua condicione destituta, objecta tamen eadem manerent. –
Simili modo, si aqua mutaretur in vinum, asserimus tandiu a-
quam notas essentiales aquae continuisse, quamdiu fuit aqua,
notas autem essentiales vini in locum notarum essentialium
aquae successisse, quamprimum ex aqua factum est vinum; totam
autem essentiam a Deo Omnipotenti tolli posse, et aliam in ejus
locum substitui, facile patet. In casu autem hoc, voluntas Dei,
qua sola subsistunt, et esse pergent universa, – ab ente ideo re-
cedit, quod si fiat, per se in nihilum recidit, hunc autem nova
creatio entis alias in locum prioris obtinet. –
Haec dicta sufficiant, quae facile ad reliqua miracula possunt
applicari, ex quibus intelligitur quoque adversios non recte
intelligere, qua in miraculis fieri dicamus. –
Porro nullam obtinere contradictionem, quia leges metaphisi-
ca non violantur, adeoque esse miracula hoc quoq respec-
tu possibilia. –
Quod autem ad ethicam possibilitatem attinet, ea ex probato fine mira-
culorum, qui totus circa Religionem introducendam et morabili-
tem versatur, aliunde patescit. – – – –

§49. Realitas Miraculorum.

Licet autem miracula sint possibilia in se, putant adversarii hominem, etsi Deus patraverit miracula, nunquam certum et firmum judicium ferre posse, effectum aliquem ad immediatam Dei operationem esse referendum, et id quidem propterea putant, quia non noscimus vires naturae, adeoque determinare non possumus, quousque illarum efficacia esse extendat. Quandiu id nos latet, numquam demonstrari posse ajunt Deum immediate egisse, nec virtutes forsitan latentes et ignotas illum effectum produxisse, esse propterea censent judicium omne suspendendum, et, etsi concedatur Deum in se miracula posse patrare, illa tamen ob defectum monstrationis defectum nunquam fieri miracula pro nobis. — Contra haec asserimus; nos, quamvis naturae vires non omnes noscamus, quod ultro concedimus, tamen certum et sufficiens judicium ferre posse de illis effectibus, quos miracula dicimus, quod sequenti modo probamus statuentes duplicem canonem, et quidem:

I. „Judicium nostrum de miraculis aeque certum ac infallibile, ac judicium de experientia". Quaeritur jam ante omnia, qualis certitudo sit experientiae? Intelligimus autem sub experientia complexum motuum uniformium, quibus vires naturae exerunt, omnium temporum testimonio comprobatum, e.g. pluvia madefieri terram, morbum abire in putredinem, corpus qualecumque et quod de loco in locum alium transferatur non mutari, sed manere idem etc, sic est, sic fuit, et quisque sanae mentis asseret, sic futurum esse postea, nec ullus concedet hanc experientiam, per eadem vires naturae v. g. per quascumque latentes ita posse tolli, ut contrarium fiat de eo, quod continua experientia demonstrat factum esse semper. — Hoc autem firmum judicium nostrum militare indigentiis nostris et quidem physicis, moralibus et intellectualibus i.e. necessitate triplici ducimur, qui statuamus: judicium nostrum de

de experientia esse firmum et certum. Etenim quilibet concedit nos rebus, quibus circumdati sumus, externis carere non posse, illa enim, sicut corporis sustentandi, et vita conservandæ, necessaria sunt conditiones. sic etiam fundamento sunt cultura intellectu„ alis nostra, quæ ab impressionibus objectorum externorum inci„ pit; insuper officiis explendis ad copiosam suppeditant materi„ am. – Ad id autem, ut inserviant, necesse est, ut sciamus, quid objecta, quæ nos circumdant, sint, saltem quoad nos, et ut, etsi non omnes vires naturæ noscamus, tamen vires naturales ob„ jectorum, quibus proxime circumdamur, eatenus firmas creda„ mus, et inviolabiles, ut contrarium effectum ex se producere non valeant, si enim v. c. vires latentes corpora, quæ omni ex„ perientia hoc, v. g. illa esse cognoscuntur, repente possent in„ tia mutare, continuo nobis esset timendum, ne quod cibum su„ mimus judamus æquale semper putavimus, repente nobis in venenum mutaverint corpus nostrum destruens. – Sic audem su„ stentatio corporis per nutrimenta impossibilis esset, v. g. saltem rationabilis. – Pari modo, si ejusmodi mutationes per vires na„ turæ latentes possibiles essent, omni basi destitueretur cultura nostra intellectualis, non haberemus enim, unde illa progrederetur, et vanis phantasiæ ludibriis omnia exponerentur, quod Franklius bene experimi dicens: „Wann aber die Vernunft nun ihren Fortgang gehen soll, so ist sie in eine solche Verwirrung gerathen, daß nicht zu sagen ist, wie sie sich wird wieder zu recht finden können." Porro, si lex experientiæ: corpus in putredinem abiens, mortuum esse, per ipsas leges naturæ, irrita fieri posset, nemo porro mo„ tuum auderet sepelire, ne fors causa existat mortis sepulti, quem vires latentes ad vitam iterum possent revocare. sic etiam legibus moralibus quoque exponeremur, nisi firmum ju„ dicium de experientia cerebrum ferre valeamus eatenus, quatenus illos effectus, qui legibus experientia cognitis ad diametro opposite sunt, per vires naturæ impossibiles declaremus.

His ita perspectis, perpensisq quisque facilitur rationabile esse ju-
dicium nostrum de experientia firma et certa, per vires latentes
nunquam frangenda; quod si verum est, eadem certitudine et ratio-
nabilitate affirmamus, quemlibet effectum experientia stabili,
et constanti diametro oppositum, non ad vires naturæ, sed ad
Deum immediate esse referendum, seu esse miraculum. Illi autem,
qui nobis hoc neget, eadem securitate negamus experientiam;
quodsi hoc saltem declaret, dicimus pariter: Aliquem esse no-
bis negare miraculum. — Hoc autem certitudo nobis sufficit,
est enim rationabilis. Canonem jam hunc præcipue adhiberi
pro miraculis quoad substantiam, per se patet. —
II. „Judicium nostrum de miraculo certum et rationabile est,
si negato miraculo laederetur principium rationis sufficien-
tis." Sunt, ut dicimus plura miracula, quæ quidem non con-
tinent effectum naturæ repugnantem, sed cui simile inveni-
tur in rerum natura, modo tamen longe diverso. In hisce, ut
ut prior Canon cum fructu quoq; adhibeatur — quid vires
naturæ valeant, quid minus: illa præcipue ad eum referamus,
ad cujus mandatum patrantur, sequentem in modum.
Non noscimus, quid vires naturæ, et quousque earum efficatia
in sanandis e.g. hominum morbis, præcellis fœcundis terræ mali-
bus producendis esse calendat, id tamen certo scimus, hominem
non esse posse naturæ dominum eatenus quatenus internas
latebras non noscat, illasq ad suam voluntatem flectat; quodsi enim
eam (naturam) quis ad suam flectere vellet voluntatem, supra
naturam esse deberet i.e. esse deberet Deus. — Dummes adversarii
si libentius concedunt, cum ea, quod vires naturæ non no-
scamus, multo ergo minus ad nostrum beneplacitum flectere
valeamus, inferant, judicium nos ferre non posse de miracu-
lis; quapropter jure dicimus in omnibus effectibus ad verbum ho-
minis prolatis, in quibus hic tamquam naturæ dominum
se gerit, naturamq ad suam flectis voluntatem, non esse cum

mandato hominis nexum causalem naturalem, quia secus principium rationis sufficientis laederetur, – quod fieri non potest, – sed esse hos effectus referendos ad illum, qui sicut naturae noscat effectus, sic etiam dominus ejus est et auctor, – ad Deum. –

Huc ergo referimus morborum maxime inveteratorum curationes instantaneas, sine adhibitis mediis: ut enim natura saepe sanet morbos etiam desperatos, in eo tamen negotio medicus ad legem continuitatis et ad media apta adstringitur, propterea ejusdem illa lege, et mediis rejectis, inter sanationem instantaneam et hominis sanandi verbum non esse nexum causarum, dato afferimus. Sic etiam e.g. natura sedat procellas, terra motus progignit; at inter verbum hominis et illam procellae sedationem, et eorum terrae motum non esse nexum certo dicimus, quia intimam naturae cognitionem, ejusque directionem id supponeret, qua destituitur homo. Hac eadem certitudine dicimus, quemlibet effectum debere habere causam sufficientem, hominem autem, neguaquam esse naturae dominum, ideoque et hoc respectu, fidem in miracula esse rationabilem, aptumque medium nobis ad esse eorum demonstrandorum, etsi omnes vires naturae haud noscamus, nobisve persuasum.

Nota I. Vim demonstrationis augeri, quod natura ille, qui legatam divinum se dicit, patrat miracula, quae magis variant objecta, in quibus patrat, quae magis publice – inspicientibus multis agit, quae majori cura et studio ab inimicis observativo, et similia, patet, quia sic omnis casus fraudis et deceptionis suspicio excluditur. –

Nota II. Miraculorum vim esse maximam in illos, qui praesentes ea conspiciunt, ex rei natura clarum est, interim eorum eadem vis est in posteros, modo historica certitudine constet, eos, qui miracula viderunt, sanis sensibus fuisse praeditos, et historiographos fide dignos ea conscripsisse. –

§50. Objectiones et earum Solutiones.

Huc, quae diximus, philosophicam miraculorum certitudinem

salis evincunt, – superest tantum, ut ad aliquas, quas adversarii pro-
ferunt objectiones respondeamus. Dicunt jam:

I. Miracula non esse objectum experientiæ, cum causa eorum sit Deus, Deus mere transcendentalis, respondemus: Non esse necesse, ut ipsam experiamur causam, quod fieri omnino non potest, sufficit, si observamus effectum, – quod, quia in mundo sensibili producibile est – huic effectum denique divini-
mus, et ex causis aliis, non ad aliam, quam ad causalitatem divinam referimus. –

II. Dicunt provenire fidem in miracula a principio petitionis ignaro, qua nesciens phœnomeni insolitis causam, et pro-
gressu ad illam quærendam, concludit ad Deum. –

Respondemus: Tantum abest ut hoc verum sit, ut potius ad-
hibita opera examinandum esse præcipiamus ipsum effectum, et cum causis naturalibus conferendum, quem tunc demum miraculum declaramus, si cum experientia certitudo constet, v.g. effectus statueretur sine causa sufficiente. Sic etiam timendum non est, quod aliqui volunt, ne fides in miracula diligens naturæ studium tollat, ut potius ex causis præditis illud fortiter promoveatur. –

III. Timent, ne fide in miracula admissa, continuis exponamur impostoris, quibus falsa nobis obtrudant malevoli homines, ne ergo falsis decipiamur, nullum potius admittendum. Respondemus: Deceptores seducere posse non negamus. Si autem præterea etiam vera miracula rejicere vellemus, nullius rei faciendæ esset usus, quia abusus fieri posset. Objectio nos excitat, ut eo accuratius criteria attendamus quibus vera a falsis miraculis distinguuntur. Ejusmodi autem criteria, præter allata sunt sequentia:

a/ Finis gravis, ob quem patrantur, introducendæ scil. religionis et promovendæ moralitatis. –

b) Indoles objecti circa quod patrantur, Deo digna, nec levis et futilis, amorem et benevolentiam in genus humanum spirans.
c) Fides historica certa eorum, qui miracula proferunt. —
d) Indoles insuper doctrinæ ipsius in cujus confirmationem eduntur. —
Sunt hæc quasi negativa criteria miraculorum dijudicandorum, ad quæ si positivi illi canones accedunt, res extra omne dubium collocatur, sicque ab impostura facile præmunitur.
IV. Probatur miraculorum veritas ex doctrinæ sanctitate, doctrinæ autem veritas ex miraculis: hoc autem est committere circulum vitiosum; respondemus: Objectio cadit, modo recte distinguatur. In judicio super veritatem miraculorum respicimus doctrinæ sanctitatem, quatenus ex criteriis internis id fieri potest, inferentes doctrinam, quæ in internis suis nobis repugnat, nullo unquam miraculo posse veram probari, adeoque quodlibet factum, utut insolitum, quod in ejus confirmationem ediatur, esse fraudem et impostruram, e contra doctrinam, quæ contradictionem non continet, insuper omnibus nostris desideriis satisfacit, esse dignam; hoc jam præmisso, facta ipsa philosophice investigamus, ex indole eorum probamus esse miracula, et id quidem independenter ab omni doctrina. Scientiæ juvantur, nec circulus committitur.
V. Porro putant ex miraculis, quia sunt effectus finiti, non posse concludi ad causam absolutam, sed ad summum spiritum aliquem naturæ sublimiorem; respondemus: Etsi illud concedatur, tamen vis miraculorum non infringitur; spiritus enim qualiscunque non dominus naturæ est, jubente ergo Deo agere potest, ut adeo res fiedeat eodem.
Si quis autem ponat: spiritum malum vi majoris potentiæ in naturam influere, — Deum permittere non posse — asserimus ut genus humanum per spiritum malum in errorem ita inducatur, ut media non adsint ejusmodi opera mala a veris miraculis

miraculis discernendi. – His finem facimus dicendi de Miraculis, transeuntes ad Vaticinia, alteram speciem legitimationis missionis divinæ. —

De Vaticiniis.

§ 51. Notio Vaticiniorum. —

Non tantum per miracula legitimatur legatus divinus, sed idem etiam præstant Vaticinia. – Est autem Vaticinium prædictio certa et determinata rerum futurarum contingentium, quæ humana sagacitate prævideri non possunt. Ad Prophetam ergo requirimus:

1°. Prædictionem eventus: enarratio enim rerum jam factarum non nominatur prophetia sed historia. —

2°. Sit illa prædictio certa, clara et determinata; quidquid enim sermone vago et ambiguo de futuris dicitur, potest ad eventus varios applicari, uelut p. conjecturam v. etiam fraudem et impostoram humanam, id volumus per additum: „certa“; per additum: „determinata“: prædictionem requirimus talem, quæ non sit generalis, sed sit per partes, et rei futuræ adjuncta commemoret, – quidquid enim non tali modo prædictum, non est et causa eventus. —

Nota 1. Potest autem etiam eventus in maxime divisum tempus annunciari, quo in casu potest ab imitio generaliter tm annunciari, adjuncta autem magis determinantia possunt per decursum temporis addi – quod – si fiat, omnia colligendo sunt in unum, quæ ad idem objectum pertinent. –

Nota 2. Per adjuncta addita – seu, si prophetia è determinato – sit etiam clara. – Disputant, quo sensu prophetia clara esse debeat? respondemus paucis: prophetiam eo sensu claram esse debere, ut illi, qui complementum vident, intelligant, si velint, effectum in hoc v. illo vaticinio fuisse prædictum. Talis autem claritas requiritur, cum Deus omni fructu destitueretur Vaticinium, – cæterum opus non est illos, qui in prophetia /

Vaticinia miraculis sunt æquiparanda, quia solo Deo præscientia.

tempore vivunt v.g. ipsum Prophetam accurate intelligere, quid pro fine Deus, vaticinium inspirans intenderit; propheta enim instrumentum libm Dei est, et vaticinia edantur praecipue pro illis, qui tempore complendi vivunt. —

3tio Eventus praedictus sit contingens, i.e. talis, qui esse, et non esse, hoc v.g. illo modo esse, his v.g. illis adjunctis et circumstantiis investigatus esse potest. Hac nota distinguuntur vaticinia ab iis, quae Astronomi calculo instituto et naturalium rerum periti, ex processibus chemicis praedicunt futura. —

4to Ne humana sagacitate eventus possit praevideri. Sunt enim vaticinia legitimatio legati divini, ad Deum ergo debent immediate sicut miracula referri. Hac nota distinguuntur vaticinia ab iis, quae publici, senes, astronomi, medici, et ceteri praedicunt futura; pariter a praesensione fulminum, et vivaci phantasia et occulto animi fluxu oriunda, ab augurationibus, quae arte, et impostoribus fiunt, et casu nonnunquam accidunt. —

Nota I. Character ergo firmus et stabilis veri vaticinii est, quod sicut miracula immediate ad Deum agentem referatur. Non incongrue proinde aliqui vaticinia appellant miracula Omniscientiae ea autem, quae simpliciter appellant miracula, vocant miracula Omnipotentiae.

Nota II. Ex his characteribus describuntur vaticinia in se; ut autem vaticinium fiat pro nobis, demonstrandum quoq est praedictionem suo tempore complementum habuisse, et eo quidem modo, quo annunciata fuit; secus enim nunquam de veritate vaticinii constaret, ultra autem illud requiratur, necessarium ad definitionem tamen non pertinet, quia tunc definitio esset angustior, cum praedictio non prius complementum habuit vaticinium, sed vaticinium jam est, quamprimum editum. —

§ 52. Possibilitas Vaticiniorum.

Possibilitas eodem modo probatur, sicut Revelationis inquirere (§ 35). cum omni Vaticinio, communicatio divina extraordinaria ad coelum objectum pertinens, fundamento sit. —

Deum autem futura scire, ex notione Dei, temporis limitibus non ad-
strieti patet. —

§53. Certitudo philosophica.

Quod attinet certitudinem judicii de vero vaticinio, dicimus
eandem esse, ac est de miraculis. Fides scil. in vaticinio aeque
certa est, ac lex naturae de prospicientia futurorum, et aeque ratio-
nabilis, ac est persuasio de eadem. Ut hoc intelligamus, exponen-
da est ipsa haec lex naturalis certa et evidens. Omnis scil. nostra
futurorum cognitio nititur rationibus praesentibus, ex quibus
futura v.g. certo, v.g. cum majori v.g. cum minori verisimilitudine
colliguntur; ejusmodi notiones vocamus praemissa. Si praemissa
sunt certa, si v.g. in rationis indole v.g. in constantibus physicis
legibus fundantur, praedictio quoq erit certa, v.g. praedictio Astro-
nomi de defectione Solis. — Si vero praemissa non sunt certa,
si v.g. contingentes eventus naturae spectant v.g. sanatio aegroti,
v.g. ubi eventus a libertate humana dependet, praedictio nostra dun-
taxat plus minusve erit possibilis. Sic politici ex rerum politi-
carum statu et mutua relatione colligunt futurum bellum,
v.g. pacem; medici ex symptomatibus morbi mortem v.g. sanitatem
aegroti; sic parentum robustorum, quos novimus, colligantur
proles futura fortes; ex conditione aëris, pluviam v.g. siccitatem
praedicimus futuram. — Tali modo ex praemissis colligimus et praedi-
cimus futura, etiam in iis, quae non uniformibus et constanti-
bus legibus naturae subsunt, sed a libertate pendent. Interim
tamen certum est nos in ejusmodi praedictionibus, etsi praemissa
adsint, saepius falli, et contraria a praedictis evenire, dum scil. e.g.
pax initura inspirato, ubi bellum, imo rei publicae eversio me-
ditabatur; aegrotus saepe moritur, etsi medici sanitatem spe-
raverint. — proles debiles nascuntur ex parentibus robustis etc.
Haec experientia confirmantur, quidquid autem sit, aliqua ex
futuris scimus, sed in omni illa scientia saepe eadem fallacibus
innitimur praemissis; quodsi autem praemissa nulla adsunt,
de futuris prorsus nihil scimus. —

Hæc est lex naturæ, quæ posita est entibus finitis, temporis et spatii limitibus circumscriptis, hæc lex adeo certa est, ut in dubium nullo modo possit vocari, quapropter eadem certitudine affirmo certam et determinatam futurorum contingentium sine omnibus ejusmodi entibus præmissis prædictionem, – quæ suo tempore in omnibus suis partibus adimplebitur, – ad causalitatem Dei, temporis limitibus non adstricti esse referendam – quæ affirmo hominem in omnium futurorum cognitione adstringi ad præmissa sufficientia; hocce meum assertum rationabile est, ex ipsa mea persuasione de lege hacce naturali. –

Nota I. Sicut in miraculis, sic in vaticiniis prosperimis requiritur fides historica, qua certe constet eventum hunc jam finisse prædictum, cum nondum ejusdem adessent præmissa. –

Nota II. Si quæritur, quomodo prophetæ valde remota præmuntiant, cum persuasio ex prædictione tali oriunda sit pro iis qui tempore complementi vivunt, eis cæcutis possit legitimari; respondemus: ejusmodi per miracula, ejusmodi per alia vaticinia, quæ viventibus adhuc cæcis complementum nanciscuntur. –

Nota III. Cæterum falsa vaticinia et oracula, quibus antiqui Græci et Romani abundabant, non obstare veris vaticiniis patet ex iis dem observationibus, quas de miraculis adduximus, etenim hic etiam respicimus indolem prophetæ, objecti, doctrinæ etc. prætea ea, quæ in definitione adduximus, quæ omnia in ethnicorum oraculis frustra quæsiveris. –

Nota IV. Illis autem, qui contra demonstrationem ex miraculis et vaticiniis in genere excipiunt, præterea, quia veritas doctrinæ alicujus nunquam, per quæcumque externa argumenta demonstratur, sed internis rationum momentis nitatur, quod ut dicunt, ipsa experientia probetur, qua docet, post editum miraculum non melius doceri internam mysterii rem, quam ante illud; respondemus: Nos per miracula et vaticinia nequaquam in internam mysteriorum rem penetrare velle, sed per ea probari immediate Dei legati divini missionem, qua probata me-

/ qua probata mediate fluit doctrina communicata veritas, cum Deus impostori potentiam suam ad miracula patranda ne quaquam concedere posset, supplent ergo miracula et vaticinia interna argumenta eo, quod auctoritatem legati divini demonstrant. —

§54. Conclusio.

Sic absolvimus partem primam disciplinae nostrae apricatricem ... Intelligitur autem ex dictis sufficientia criteria adesse, quibus vera Revelatio, qualis ex indigentiis nostris necessaria est, a falsa qualicumque discernatur, ut adeo fides in illam, si qua existat, qua illis sit insignita, summe rationabilis sit, quod ultterius nos ducit ad ipsam ejus investigationem.

Pars secunda.

Demonstratio Veritatis Religionis Christianae.

§1. Thesis et ejus Argumentum.

Si praedicta criteria ad vetitas, quae in orbe terrarum circumferuntur revelationes applicantur, nulla invenitur, quae iis omnibus sit insignita, nisi ea, quam Jesus Christus docuit, et quae ab Auctore suo christiana dicitur, et ea, ex qua progressa est, et cui praeparatione inserviebat antiqui Testamenti Religio Judaica. Momentum demonstrationis hujus facile patet, primo quidem ex objecto, cum agatur de re sanctissima, a qua salus nostra aeterna pendet; porro ex eo, quod fides nostra in Revelationem, cui intimo ex corde adhaeremus, rationabilis esse debeat, quod fit, si argumentis sufficientibus probetur: insuper illud momentum augetur eo, quia in id vocati sumus, ut alios quoque de veritate ejusdem persuadeamus, quapropter omnis diligentia in demonstrationem hanc est impendenda.

§2. Principium ex quo demonstratio petitur.

Demonstratio sequens per omnia est historica; — quaepiam enim /.

qualem Christus proposuerit doctrinam, quomodo eam enunciaverit, quale de se eloquium, fuerit Testimonium, et tamen ad illud fide digna num? Firma ergo ex ipsa basi opus est; ideoque egemus certis documentis historicis, ex quibus sine hesitatione huc pertinentia colligantur; talem constituunt illi libri, quorum complexum SS. Bibliam N.T. appellamus, quos esse non omnem Christi doctrinam, - ut suo loco demonstrabimus, - contineant, sufficientia tamen in rem nostram præbent argumenta. Consideramus autem hic loci hosce libros tam, quam documenta historica omni fide dignissima, nondum autem eo respectu, quem nobis suppeditat Ecclesia sacro-sancta nostra, quæ ab Inspiratione testatur Cl. Canonem librorum extruit et verum sensum infallibili suo judicio enuit; eo respectu enim hæc tam poterunt considerari, postquam ipsius hujus Ecclesiæ auctoritas fuerit evicta. Sic circulum vitiosum evitamus, sufficiens tamen nobis adest argumentum, cum horum SS. Librorum fides talibus argumentis historicis firmetur, ut nemo prudens contra eos excipere possit. Profecto omnem historiam rejiciat necesse est, qui horum librorum fidem adhibebit. Hanc ipsam autem SS. Librorum N.T. fidem historicam, i.e. authentiam, integritatem et integritatem Scriptorum hic loci non demonstramus, cum ea nota ponantur ex Introductione in N.T. sic nec libros illa pars scientiarum theologicarum, quæ omni Theologiæ præparationi inserviunt cum disciplina nostra. — His præmissis ad demonstrationem ipsam veritatis Religionis Christianæ progredimur, incipientes a criteriis internis.

§3. Applicantur ad Religionem Christianam Criteria interna negativa

Considerantes ante omnia Criteria Revelationis vera negativa interna, dicimus: In toto Religionis Christianæ complexu, nihil invenitur, quod qualicumque modo cum natura divina ejusque attributis, hominis natura et certis ejus legibus et cum factis indubitatis pugnet, sive materiam, sive formam ejus annunciationis respiciamus. Intensis enim oculis, et sana mentis

mentis acie ab origine ejus, usq ad recentissima tempora, eam in disqui-
sitionem vocarunt multi, contradictiones et pugnas in doctrinali
et historico ejus parte delegere admisi sunt, nec tamen quid pro-
faluerunt, quod non fueris solutum, et dispareris sicut palea orante
vento ita, ut radio sana et limitum suorum non ignara non habeat
quod cum fundamento opponat. Ut id demonstretur per partes
esset demonstratio singulorum dogmatum, quod cum in dogmatica
speciali fiat, nec hic, ubi de sensu eorum constat, fieri possit,
plenariam hujus thesis demonstrationem ad ea, quæ sequuntur
remittimus, transeuntes ad criteria interna positiva. —

§ 4. Criteria interna positiva.

Religio Christi non tm nullam contradictionem involvit, sed om-
nibus insuper nostris desideriis rationabilibus, et moralibus exac-
te satisfacit. – Summa exhibemus lineamenta, quæ in docuisse
disciplina nostra clarius patebunt, imprimis Christus:
1. Religionis naturalis placita ad theoriam et praxin pertinentia
claritate et firma certitudine exposuit: Deum docens unum,
Creatorem universorum potentissimum, rectorem sapientissimum,
qui voluntate benevolentissima complectitur omnes sine cujus
nutu neque capillus decidat, qui vult omnes homines salvos
fieri, et ad agnitionem veritatis pervenire. Patrem propte-
rea cum vocat omnium hominum, omnes proin unam tm
familiam ex Christi doctrina constituunt, et sunt fratres ad id
creati, ut in agnitione Dei et veritatis quotidie crescentes,
virtuti studiant, et huic correspondentem felicitatem obti-
neant, non hisce quidem in terris, sed in beata immortalitate,
ubi Deus justissimus et retributivus cuiq secundum merita
ejus. Sic voluntatem ad bonum faciendum iis permovit modi-
bus, quæ sunt pura et natura humanæ accommodata, docens scil.
amorem in patrem benignissimum et nisibilem timorem salutis
rem, quoniam et poenam dabit cuiq, qui immorigera sensua-
litatis desideria contra meliorem persuasionem perfecerit. —

Ne autem anciperer hæreant homines quid ad beneplacitum hujus Patris facere oporteat, summam officiorum in sancto Caritatis præcepto contineri affirmavit, qua Deum super omnia diligentes, omnes homines sicut se ipsos diligant, facillima addita explicatione: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris." — Negans eandem ullis internam mentis bonitatem, neq unquam sola fide in Deum, neq ullis actibus externe illi ad legem accommodatis contendus. In hisce autem Religionis naturalis placitis, non subsistit Christus, sed:

2. Proponens doctrinam de peccato originali, ænigma naturæ nostræ solvit, tradens, salva sapientia et divina bonitate, miseros esse omnes propter peccatum primo-parentum, in omnes naturæ humanæ indoles transfusum; sed et:

3. Redemptionem a miseria æterna dedit, docens se verum Deum = hominem, mortuum in cruce pro peccatis, ordinem moralem peccando perturbatum, perdidisse in integrum, sanguineq ejus nos emundari ab omni delicto. —

4. Ne vero in sanctæ naturæ nostræ debilitate succumbemus, vires quæq ad agendum dedit, per Spiritus Sti gratiæ supernaturalis communicationem, quæ salva libertate arbitrii humani, donum cœleste, vitæ spiritualis principium, generi humano perdidicit, infelici Adami peccato, deperditum. Illancè gratiæ communicationem, consulens indoli naturæ humanæ, signis visibilibus externis amisit, ne persuasio unquam desit: eum dare perficere, qui dedit et velle. — Sicque cultus externi elementa stabilivit, quibus Deum decet homini audem provisit ad vitam æternam. —

5. Illanc vero salem, sanctamque doctrinam, non arctis unius, aut paucorum populorum finibus circumscripsit, sed omnium temporum, et populorum eam esse voluit, mittens legatos suos in universum orbem terrarum, ut prædicarent verbum vitæ omnibus nationibus, et super illos ædificans sacrum et postolatum; hierarchicam divinarum ad finem sæculorum usque;

Sic omnes in unam Ecclesiam sub certis pectoribus et sacrorum administrationibus consociavit, qui non sua auctoritate locum, quantus, sed auctoritate ejus, qui misit, et per Spiritum Sum unxit eos, qui Spiritus divinus ipsam hanc ecclesiam, qua ex Christi mente solam veram, ad vitam semitam monstrat, illasam servabit, ad finem mundi usque, et non permittit verbum divinum per humanas opiniones foedari et adulterari. —

Haec summa doctrinae, quam Christus tradidit, sunt lineamenta, et haec indigitasse sufficiat, quia ex his nec paucis perspicitur eam omnibus naturae nostrae moralis satisfacere desideriis, et hoc respectu nihil obesse, quominus ad Deum Auctorem referatur. Reis autem hujus argumenti se agetur, si hanc doctrinam, qua etiam simplicitate forma, qua enunciabatur- ut Bibliorum lectio exhibet- sese commendat, cum vagis, ambiguis et inanibus Philosophorum antiquorum et recentiorum doctrinis conferamus religiosis, qui veritatem, si quam viderunt, obtrusis gratuitis formulis obnubilarunt; quod partim §20 Paulis prima demonstravimus, partim ipsorum Scriptorum Philosophicorum lectio, facile suppeditat.

§5. Confirmatur hujus argumenti Veritas.

I. Per adjuncta, sub quibus Christus prodiit Doctor

Hic jam Christus Jesus, qui talem genus humanum edocuit doctrinam, tanto tempore apparuit, ubi altae inscientiae religiosae nox, totum velavit orbem terrarum. Crassa enim idololatria dominabatur populis ethnicis, in sectas divisa quid philosophia, et ubi per philosophos et poetas cultus deorum neglegi, et desperatio sui haberi coeperat, in locum antiquae religionis nihil succedere potuit, nisi vaga systemata, de quibus antea erat sermo, et omnia ad libidinandi et negandi effrenata libertas, morum pariter corruptela pessima, clarior quidem unius Dei cognitio apud Judaeos, et eo tempore firma, sed et hi in cultus externi angusta curva,

/.

internam animæ pietatem, maximam partem neglexere, insuper in sectas divisi, Liberatorem quidem expectabant, sed terrestrem, qui ex opulentia a jugo Romanorum liberationem adferret. – Illis subeò tumultantibus apparuit Jesus pauperum et despectorum Nazarenorum parentum, puerilibus ritibus Luc 3. 23. Joann. 1. 46. litteras et artes non doctus, Joan. 7. 15. et tamen loquens, sicut qui potestatem habet, Matth 7. 29. ut mirarentur omnes. –

Sane, in nulla horum circumstantiarum ratio sufficiens illius existentiæ potest reponi, – qua Christus erat imbutus et quam palam loquebatur perficiens simul agere, quod docuit verbo. Ita enim ab omnibus placitis philosophorum recessit, et non hominem, patentibus etiam adversariis, quodquod erant et sunt philosophos, longe superaret, sed et totam doctrinam proponeret, quæ cultissimæ quæque gentium satisfaceret, et impugnata a multis semper victrix prodiit, certe non ex illorum studio sua hausit, quæ adeo a philosophicis systematibus discrepant. Sed neque ex Judæorum doctrina meliori, quamvis eam illi superstruxerat, quam deprompsit doctrinam, ita enim Christiana religio superat, ut prorsus nova in sacro – sanctis mysteriis, quorum umbra tum in V. T. erat, jure dicatur. – Jesum autem cultura Aegyptiaca imbutum et mysteriis eorum fuisse initiatum; gratis sine omni fundamento ab inimicis asseritur, et eo magis ridiculum est, quominus scitur, quid proprie in illis Aegyptiacis mysteriis fuerit traditum, quidquid autem sit, unicus, et solus Christus est, cui fidentibus omnibus, similis in omni historia non invenitur, quapropter jure colligimus Eum, qua præstitit, non sibi felicium præstitisse, sed alteri auditio adjutum.) –

§6. II. Ex consilio Christi collato cum mediis –

Id autem eo clarius adhuc patet, si consilium, quod habuit Christus cum mediis conferamus, qua Christus adhibuit, et ut adhibeant legati voluit. Etenim Christi consilium spectabat omnem

terrarum orbem, omnes omnium temporum homines, Ecclesiam enim universalem et perennem fundaturus venit. – Consilium, quodne audacissimus quidem Philosophorum, qui paucis erant contenti auditoribus, lucem consulto fugientibus, quasi mente concipere ē causus, et hoc consilium amplissimum, et gravissimum mente Jesus Christus, non terra-potentibus esse consociavit, neque Pharisaeis adulatus est, neque terrestris Messiae ideam Judaeis adeo adamatam arripuit, quam potius omnibus modis profligavit, neque aliter esse volens inter litigantes fratres, Luc 12, 13-16. declinans honorem quo fruere eum, et regem constituere volebant. Joann. 7. 15. palam professus regnum Dei non venire cum pompa et splendore externo, Luc 17, 20, sed in animis hominum esse debere, regnum propterea suum non esse de hoc mundo Joann. 18, 36. sed paucos humanas scientias non edoctos pauperes piscatores sibi legatos elegit, qui sancta laborant imbecillitate, et mentis caecitate, ut eum sancta simplicitate loquentem non intelligerent, neque ipsorum labiis facies sibi applicare valerent, Matth 16, 23. Marc 7, 18. 8, 18. Oculos habentes, non videtis, et aures habentes non auditis" et v. 21. quomodo nondum intelligitis? Luc 24, 21. qui insuper erant timidi, et meticulosi, fugientes dum capiebatur Magister, illum negantes, et pro timore Judaeorum sese includentes, Matth 26, 26. Joan 20, 19 et hisce non tradidit arma et gladios, non docuit artes et fraudes machinationes, sed in simplicitate cordis, jussit adire, Matth. 10, 16. in universum orbem praedicaturos verbum Divinum Matth 28, 19. quod nemini obtrudant, sed decutiant pulverem de pedibus abeuntes, quodsi voluerint homines verbum divinum recipere, Matth 10, 14. Id mandatum divinum magistri facere legibi et ecce! ex semine parvo excrevit arbor, sub cujus ramis ab oriente et occidente septentrione et meridie venientes degerunt et degunt. Hisce mediis vicit Christus mundum et consilium, quod coeperat, exsequutus est. – Nemo sane hoc me

hæc media rationem sufficientem hujus stupendi effectus habuerit, sed fatebitur Dei digitum esse, qui debilia corroboravit, proque ejus si fata omnium systematum humanorum, quæ magistris suis vix unquam supervixerunt, cum fatis Religionis Christianæ obiverit.

§ 7. III. Ex celeri propagatione inter gravissima impedimenta

Confirmatur autem præcedens argumentum a divina religionis Christianæ novitatis origini paene accedit ex celeritate, qua inter gravissima impedimenta totum orbem terrarum pervasit. Etenim eodem illo die, quo non diu post publicam Salvatoris crucifixionem Spiritus Sus illapsus est timidis Apostolis, hi publice prædicarunt, et eodem 3000 hominum sacro baptismatis fonte lingebantur, Act 2, 41. et paulo post 5000, Act 4, 4. Mox per Judæam et Samariam profecti sunt Apostoli, Græciam, totumq Romanorum imperium peragraverunt, ubique prædicantes et tanti numeri nacti sunt adsecłas, ut Plinius l. X. Epistol. 97. ad Trajanum scribere cogeretur: „Visa est mihi res consultatione dignissima, maxime propter periclitantem numerum, multi enim omnis ætatis omnis ordinis, utriusq sexus vocantur in periculum et vocabuntur, neq enim civitates, sed vicos etiam superstitionis istius contagio pervagata est." Confirmatur hoc testimonium ex ore viri, qui Christi castra non est secutus profectum, verbis quæ Justinus M. sæc II. in dialogo cum Tryphone Judæo scribit: „Nec unum quidem est genus mortalium, sive barbarorum sive Græcorum, sive etiam aliorum omnium quocumq appellantur nomine, inter quos per nomen crucifixi Jesu supplicationes et gratiarum actiones patri et fabricatori rerum omnium non fiant." et quæ Tertullianus in Apologia Nro 37 dicit: „Hesterni sumus et vestra omnia" (ad Romanos sic scribit) „implevimus: urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus (Decuriæ) palatium, senatum, forum, multitudo nostra pervagata est." Tanta celeritate religio Christiana propa-

propagata est in orbe terrarum et quidem inter gravissima impedimenta. Impugnabant enim Christi religionem omnibus argumentis, philosophi in alienos sensus delorserunt, sanctissima ejus mysteria Heretici ad convicia et mendacia confugerunt Judaei et Gentiles, nec tamen aliquid adversus eam praepaluerunt. Primi enim philosophorum ipsorum, ut Justinus, Origines, Athanasius ad Christi religionem transeuntes, suis apologiis veritatis professionem defendebant. Exquisitis porro auctibus a confessione Christi Judaeorum synedrium, Romanorum imperatores, procuratores et praefecti abducere nitebantur Christianos, minis et promissionibus alliciebant, verberibus, cruciatibus et tormentis sabiebant, innumeros per tria saecula morti tradentes, nec tamen prohibere poterant, quominus Petrus liberaretur a carcere, Act 12. Paulus, lex pugiens ad Christum converteretur Act 9. milia milium Christi religionem profitentur et sanguis martyrum fieret semen Christianorum; ex testimonio Cyprianus fatetur Constantino M. regnum, cupiente totus fere orbis ad Christum conversus esset, et quidem ad talem religionem, quae adeo sensualibus non favet, ut potius abnegationem praecipiat Matth 16, 24. sua relinquere jubeat, Luc 14, 33. odium et inimicitias interdicat, Matth 5, 22. pro persequutoribus orationem injungat Matth 5, 44. quae docuit: neminem oportere gloriari, nisi in cruce Domini Salvatoris Jesu Christi Gall 6, 14. quae crux scandalum Judaeis videbatur, gentium vero philosophis stultitia 1. Cor 1, 23. quae humilitatem Matth 11, 29. morum integritatem castitatem Matth 5, 28. pene primis negebat, pluresque uxores habere interdixit, imo indissolubile matrimonii vinculum declaravit Matth 18; adeoque omnibus quae illa aetate adeo amabantur et invaluerant, sensualibus delectationibus bella contraria se opposuit. Jam, qui haec omnia pie perpendat, divinam in illis non obscure inveniet religionis Christianae originem; hominum enim opus tot et tantas

et tantas difficultates non superasset, fata omnium systhematum philosophicorum fuisset passum, ullumque tanta celeritate animos omnium occupasset, non tot martyres numerasset, nec dissimile proinde Gamaliel id ipsum pronunciavit, cum ad compugnatos diceret: „Quoniam, si est ex hominibus consilium hoc, aut opus dissolvetur; si vero ex Deo est, non poteritis dissolvere illud." — Volunt quidam hoc argumentum infringere per celerem, quam maximus religionis Muhamedanæ propagationem, dicentes: „disparem enim est falso Muhamedanismi, celeris propagatio facile explicatur; ille enim introductus et propagatus est vi et armis, sensualibus desideriis adeo non coërcuit, ut potius frena ipsis laxaret, permittens polygamiam, et per doctrinam de fato, inertiam et socordiam calidiori climati adamatum fovens et nutriens. Putant porro non magni esse momenti argumentum, quod a Martyribus ducitur, cum non insolitum sit hominem idea fixa abripi, pro bono imaginario vitam dare, et exemplo phanaticorum omni tempore docent. — At, quamvis Martyres fanaticos et vivacioris phantasiæ ludibrio abreptos dicamus, prohibet ipsa eorum multitudo, sexus, ætatis conditionis et cultura diversitas, moriebantur enim pro Christo morte crudelissima juvenes et senes, virgines, uxores et eruditi ipsi Philosophi, et quidem, ut acta genuina Martyrum apud Ruinart dum testantur, tanta tranquillitate, et sui in Deum resignatione, ut omne phantasiæ ludibrium jure excludatur, et moriebantur per integra tria sæcula, quo temporis spatio etiam vivacissima phantasiæ illusiones detectæ, et derisæ certe fuissent.

§8. IV. Ex effectibus salubribus, quos Religio Christiana in mundo produxit.

Sola sine comparatione sat Religio Christiana quoque si ad effectus respiciamus, quos in orbe terrarum produxit,

illos Historia ecclesiastica uberius enumerat, paucis hic recedent;
1mo. Idololatria usque ad Christum, exceptis Judæis, omnibus populis dominans, per Religionem Christianam, quorsumcumq; pervenit, extirpata é, et cum ea sacrificia cruenta, quod non nullos etiam humana; - doctrina de fato, cui etiam Dei subsint, et doctrina de Diis qui res humanas parum curent; - et in eorum loco doctrina de uno Deo independenter ab omnibus, et nemine indigente, et omnia suavissima gubernatione complectente substituta est. -
2do. Mores per illam manuescebant, sublatis crudelitatis, luxuriæ, furoris, effrenatæ audaciæ et superbiæ vitiis, - uxorum dignitas humana agnita, vere servorum miseranda, melior reddita, teneres amoris mutui compassiones, reconciliationis inimicorum sensiones facta et promota; hoc historia gentium, et ecclesiastica in illis capitibus, quæ de propagatione Religionis Christiana tractant, abunde docent. Pulchrum in hanc rem extat testimonium Plinius lib. 10. Epist. 97. etc. de innocentibus Christianorum moribus scribens: „Affirmabant autem, hanc fuisse summam vel culpæ suæ vel erroris, quod essent soliti, stato die, ante lucem convenire, carmenq; Christo, quasi Deo dicere secum invicem, seq; sacramento, non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent." - Pariter S. Justinus, Apologia I. N:o 14. ad Imperatorem Romanum: „Qui olim stupris gaudebamus, nunc castitatem unice amplectimur, qui magicis etiam artibus utebamur bono et ingenito nos consecravimus Deo, qui pecuniarum et possessionum quæstum pene omnibus potius amabamus, nunc etiam ea, quæ possidemus, in commune conferimus, et cum indigentibus quibuscumq; communicamus; qui odio et capitibus mutuis inter nos grassabamur, et cum eis, qui tribules nostri erant, communem focum non habebamus; - nunc post Christi adventum convictores sumus, et pro inimicis rogamus."

3^tio Evidentissimus etiam progignendæ in rerum publicarum salutem religionis Christianæ influxus, quæ eo labiores florent, quo majori conscientiæ officiis suis fungantur singuli cives, et eo magis mores manuescant. —

Cum effectum pariter testatur Ecclesia Historia, quæ docet, in de a Christi tempore arctius esse vinculum sociale, fidelitatis vinculum Christianos sancte servasse, et amicis quoq; in precatoribus et pro illorum salute orasse; superessum esse pecuniæ fontem, et impias regum exauctorationes cessasse, quo fidelius religioni huicce cives erant adicti; ex altera autem parte subdeq; versa esse omnia, et in pecuniarum atrox crimen incidisse, quo magis a Religione Christi animi abalienabantur, quod historia recentissima confirmat. — id sane non est mirandum, cum Religio Christiana sit, quæ specialem obedientiam ex conscientia Imperatoribus præstandam esse docet, Rom. 13, 1. — pœnam statuit cuiq; in altera vita, qui superiorum præceptis obedientiam negaverit, et Imperantes civiles nonnisi tales cum teneantes ipsi Dei et Domini Universorum declarat, Rom. 13, 12. — Hoc Grotius, Montesquieu, Puffendorfius alii optime intellexere, demonstrantes, nullam dari Religionem pecuniis publicis adeo profuturam, ac Christianam. Hi sane effectus tales sunt, qui singularem Dei providentiam docent, cum nulla alia Religio sit, quæ eatenus cum Christiana possit comparari. — Sunt quidam, qui salutaribus hisce effectibus opponunt:

Obj: Religionem Christianam causam sæpius fuisse bellorum sanguinolentorum, inquisitionis horribilis tribunalis, ansam dedisse fanaticæ persecutionis hæreticorum; — intoleranciam progignere pro doctrinam: de sola salutifera fide in Christum — præterea invenimi Christianos, qui sceleribus indulgent. — Ejusmodi autem dicentibus generaliter respondemus: abusus quos in re sanctissima fieri non posse prohiberi, si ea omnibus liberis committitur; ad abusum autem fere referri omnia,

Omnia praedicta, nec Religionem ipsi posse imputari, sic demonstramus. Christus scil. tum abfuit, ut Religionem suam, quod ex dictis patet, vi et armis introducere et propagare, aliisque obtrudere vellet, ut mansuetudinem potius, pacem et solam praedicationem verbi divini praecipiebat. – Ipse insuper erat, qui Luc 9, 55. discipulos quaerentes: velitne, ut ignem petant de Coelo super Samaritanos, magnum non recipientes increpavit, dicens: „Nescitis, cujus Spiritus estis." Ipse illo Petr. gladium evaginanti, et verum Pontificis percutienti Matth 26, 52. respondit: „Converte gladium in vaginam, omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt." Horum Apostoli memores verborum, post Christi ascensionem in Coelum, tranquille praedicarunt; – de gladio et igne porro, neque cogitantes, – para, ti potius omni cum resignatione et devotione mortem pati pro Christo, ibant enim Act 5, 41. „gaudentes a conspectu Concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Christi contumeliam pati." orantes insuper pro persequutoribus Act 7, 59. „Positis autem genibus Stephanus clamavit voce magna dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum, et cum hoc dixisset, obdormivit in Domino." Similiter etiam fecerunt Apostoli, ut Actuum eorum quaelibet fere pagina testatur. – Insuper urgent adversarii verba Christi: Matth 10, 35. dicentes: „Non veni pacem mittere, sed gladium: veni separare hominem adversus patrem suum, et filiam adversus matrem suam et nurum adversus socrum suam." – Non enim contextum attendunt. – Loquitur scil. Christus de persequutionibus, non quas Apostoli aliis sint illaturi, sed quas ipsi sunt passuri v. 16-17. Jubet dein v. 19-31. omnem depone re timorem propter assistentiam Spiritus Sancti, consolatus de inde suo exemplo v. 32-34. et exhortatus ad liberam sui pro fessionem, – denique loco citato, subjungit, quid occasione suae doctrinae praedicandae sit futurum, discordias scil. in ipsis familiis esse oriturus, inde, quia quidam illi qui receptui sunt verbum divinum, alii ex eadem familia rejecturi; –

testus ergo propriè prædicationem ejus, quod fulmen est, continet, neq; de consilio adventus Christi loquitur, sed de occasione ultm. —
Ex dictis ergo sequitur ea somnia, quæ sub regno tempore, vi sint adornenda vi propagandæ, vi etiam jura conservandæ Religioni Christiana minus recte facta sunt, et vel persecutionem, vi crudelitatem redolent, qualia contigisse non negamus vitio veri non posse ipsi Religioni, vi ejus Auctori, sed facta esse prav alienam, contra voluntatem magistri mansuetissimi. — Doctrinam de una salvifica et de intolerantia nihil in se habere offensionis docebimus ibi, ubi de his doctrinis ex professo erit sermo. — Quod autem attinet perversos multorum Christianorum mores, cum animi tristitia eos dolemus, Religioni Christianæ autem eo minus imputamus, quo certius est, experientia propria, seu sic dictum testimonium Spiritus Sti quemq; qui ad Christi mandata vitam constituit, convincit; Christum non a se, sed a Patre missum loquutum esse, quod est argumentum ultimum ex notis internis. —

§9. V. Ex experientia.

Hoc Argumentum confirmatur quoq; ex experientia, seu ex Testimonio Spiritus Sti, cordibus inscripto. Ut hoc argumentum prq. dictis addamus, imo inter interna primarium habeamus, docet ipse Salvator, cum Joan. 7, 17. dicat: „Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego a me ipso loquor." Quapropter ex animi tempore, maxime habitum est hoc Argumentum, imo Theologi illud vocant: Testimonium Spiritus Sti in nobis." Certum enim est, quemq; qui animi studio Christi mandata exsequitur, medijs ultiùs benevolentissime oblatis, optime intelligere salutarissimum ejus in vitæ emendationem, animiq; tranquillitatem influxum. Spes enim illa firma in Deum patrem fidei, quam religio Christiana docet, sanctaq; ex inde oriunda spes, hominem supra terrena omnia elevat, in adversis consolatur, in prosperis modestum, in omnibus vitæ casibus tranquillum, et æquanimissimum reddit, terræ bonis /

ubique, quasi non ubique, vitam terrestrem coelo jungit sancto vocationis pabulo animum nutrit, praeveniens dantem cum benignissimo Patre futuram conjunctionem, aeterne duraturam: Nanqui Deum per opera sola sua, quae in optima voluntate manent sem per, debilia, et imperfecta cognoscit, sed per infinita merita Salvatoris, qui homo factus est, et mortuus est ad absorbendum, quod imperfectum est; — nec tamen unquam secure et tepidus, per veniam fiduciam redemptionem exspectat, sed operatur dum dies est, quod vires permittunt, cetera gratia Spiritus divini committens, intime persuasus, quod, qui dedit velle, dabit etiam perseverantiam ad finem vitae usque, induens semper in Salvatorem, qui proprio praivit exemplo, normamque praescripsit vivendo, quam discipuli sequantur. Amans Deum super omnia, amensque proximum Christum fratres, sicut semet ipsum, omnibus adest exhortando, consulendo, adjuvando, omnem vitae gressum per Christum sanctificat; fortiter pugnando, cunctali dubio decidentia superat per Christum consolatus, divinique Spiritus auxilium, et sic firma fide credentem, et operam diligentem vitae nunquam deseruit futurae mercedis, quam Christus promisit diligentibus Deum. —

Illicet delineatum est argumentum, quod ex cujuscunque, qui ad Christi mandatum vitam instituit, experientia clucescit, quod indigitari quidem, penitus autem describi non potest. Reperibilium est in cujuscunq boni intima conscientia, quae felicitate inenarrabili repletur quemq, qui Christi electionem est expertus, quod facti sunt innumeri Sancti, quod Paulus sciens exclamavit: „Quis ergo nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? in his omnibus superemus propter eum, qui dilexit nos, certus sum enim, quia neq vita, neq mors, neq angeli, neq principatus, neque virtutes, neq instantia, neq futura, neq fortitudo,

neq. altitudo, neq. profundum, neq. creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu, domino nostro." Rom. 8, 35.

Ex tanta autem influxu Religionis christianæ, quæ animos abripit, et tranquillat, et perficit, concludimus, eam ad Deum esse referendam, quoniam, quod adeo tranquillat, beatitate repletet, et adeo cum vitæ emendatione jungitur, ut humanam fabricatori, ginem, sed ad Deum fontem juxta referatur, qui est complexus absolutus omnis felicitatis, sapientiæ, sanctitatis. —

Nota I. Hoc argumentum multum firmare eos, qui jam sunt Christiani, ex indole ejus liquet, qui enim Christum nondum experientia novit, alius primum rationibus ad Christum deducendus.

Nota II. Per hoc argumentum ut diximus, respondemus illis, qui ob pervicaces multorum Christianorum mores religionem Christianam impugnant, quia certum e hos effectus, quos in infinitis multis produxit et producere in omnibus posse, adeoq. homines ipsos, non Religionem esse in culpa, si forte in multis effectus illi salutares non producendo, His concludimus argumenta interna positiva.

§10. Monitum aliquod.

Magna, ut vidimus, e horum argumentorum vis, in persuasione, de divina religionis Christianæ origine, et quidem eo major, quo magis omnia conjungantur, multum autem pe, juvarunt plura eorum eruditorum opuscula, magnam, que cumponunt cordis humani cognitionem, quia proxsterv nos præcipue, quibus datum est, literis et eruditioni o, pera dare, qui humanæ naturæ indigentias, et desi, deria moralia accuratius noscimus, illis insistamus, ea omni ex parte consideremus, huc nostrum studium, et omnis historiæ pragmaticum referamus, ut eo tem, pore alios depromere possimus, quod necessarium erit.

semper audem indendi, ut propria experientia Christum diligamus quo-
niam si lumen et charitas in nobis est, facile lumen in alios
accendemus, oleoq; charitatis sanctæ nutriemur. — — —

§11. Criteria externa.

Summa probabilitate ex argumentis allatis inferimus Reli-
gionem Christianam divinæ esse originis, quæ autem probabi-
litas ad certitudinem evehitur eo, quia et Criteria externa in
omni sua extensione huicce Religioni conveniunt. Ille enim,
qui talem, tanquam præstante docuit doctrinam, ipse expresso
testimonio legationem suam divinam testatus, hocque testimo-
nium in re omni fide dignum, verum probavit per Mira-
cula et Vaticinia. —

§12. Testimonium Jesu de se ipso suaque doctrina.

Huc testimonium Jesu ad sequentia puncta redit:

1mo Dicit Christus se esse legatum divinum a patre coelesti
missum Joan 8, 42. „Ego vero ex Deo processi et veni, neq; enim
a me ipso veni, sed ille me misit." Joan 5, 41-43. „Charitatem Dei no-
minibus non accepi, sed cognovi vos, quia dilectionem Dei non
habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei, et non accepi-
tis me; si alius venerit in nomine suo, illum accipietis." i.e. Vos
Judæi me, qui Patris auctoritate loquor, non recipitis, quamvis
recipietis tales, qui sua illi auctoritate legationis divinæ in-
dicia non exhibentes, loquuntur. Joan 17, 3. „Hæc autem vita
aeterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti
Jesum Christum" et v. 18. „Sicut tu me misisti in mundum, et
ego vos misi in mundum." — et multis aliis in locis, præci-
pue in Evangelio St. Johannis. —

2do Se longe antecellere omnes Prophetas imo, et Abraham, æque

/.

segue esse Messiam prædictum, quem Judæi expectauerunt Matth 12, 41. „ Viri Niniuitæ surgent in judicio cum generatione ista, et condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ: et ecce plus quam Jonas hic." - Joan. 8, 52-54. „ Dixerunt ergo Judæi: nunc cognouimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, et Prophetæ, et tu dicis: Si quis meum sermonem seruauerit, non morietur in æternum. - Numquid tu major es Patre nostro Abraha, qui mortuus est? Et prophetæ mortui sunt. Quem te ipsum facis? - Respondit Jesus: „ Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est." - v. 56. „ Abraham Pater vester exultauit, ut videret diem meum, vidit et gauisus est." ... v. 58. „ Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum." Illisce verbis expressè sibi propriam, diuinam adscribit, prq laudatis illis, quos Judæi majores suos colebant et Prophetas venerabantur. - Sed porro etiam se esse Messiam promissum. Joan 5, 39. ait: „ Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, et illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me." v. 46. „ Si enim crederetis Mosi, crederetis forsitan et mihi, de me enim ille scripsit." i. e. verbi, particula enim ב, hunc postulat sensum, Luc 24, 27. „ Et incipiens a Mose et omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant." Matth 27, 11. „ Jesus autem stetit ante Præsidem, et interrogauit eum Præses, dicens: Tu es Rex Judæorum? Dixit illi Jesus: Tu dicis." i. e. affirmo, ego sum Messias.

3tio. Non autem hæc tm sed dicit porro se eadem natura gaudere, qua gaudet Pater. - esse filium unigenitum Dei, eique propterea idem habere, et facere, quæ habet et facit Pater. - Joan 10, 27-30. 5, 17. et in alijs locis, quæ exponemus, ubi de diuinitate filii erit sermo.

4to. Propterea doctrinam suam non humanis conatibus excogi-

/.

escogitatam, sed de coelo collatam dicit, Deo ipso credere, qui Christo fidem habeat, sed et felicitate aterna privari, qui hanc doctrinam non recipiat. Joan 7, 15-16. „Et mirabantur Judæi dicentes, quomodo hic litteras scit, cum non didicerit? Respondit eis Jesus et dixit: Mea doctrina non est mea, sed ejus, qui misit me" i.e. humanis conatibus eam non invenit. - Heb. 12, 49. „Quia ego a me ipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam et quid loquar." Matth 11, 27. „Omnia mihi tradita sunt a Patre meo; et nemo novit filium, nisi Pater, neq Patrem quis novit, nisi filius et cui voluerit filius revelare." - quibus in verbis accuratissimam divinarum rerum cognitionem sibi ab, tribuit, qua nemo alius aeque gaudeat, quapropter asserit: etiam Deo credere, qui sibi fidem habet. - Joan. 12, 44. „Jesus autem clamavit et dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me" i.e. non humanam recipit doctrinam.) - Porro aterna felicitate privari eum, qui non credit Joan 3, 18. „Qui credit in eum, non judicatur, qui autem non credit, jam judicatus est, quia non credit in nomine Unigeniti Filii Dei." 12, 48. „Qui spernit me non accipit verba mea, habet qui judicet eum: sermo, quem locutus sum, ille judicabit eum in novissimo die." Hisce in punctis, quæ omnia per plurima alia testimonia possent confirmari, consistit Testimonium Jesu de se ipso, suaque doctrina. Huic quidem testimonio non difficulter fides adhibetur, si ad præstandam doctrinæ et ad religna in antecedentibus §§ is exposita respiciamus; extra omne autem dubium collocatur, certissimumque evadit, si paulum qualis Character Jesu fuerit expendamus, et quid in ejus confirmationem fecerit adtendamus. -

§13. Probatur veritas hujus Testimonii Ex Charactere Jesu Christi. -

Quod si jam ad vitæ Characterem ejus, qui hoc testimonium /

Dedit allendamus, perfectissimum sanctitatis exemplar in eo vene„
ramur, sic enim totam instituit vitam suam, ut infensissimos
quos hostes provocare possit. Joan 8, 46. „Quis e vobis arguet
me de peccato?" et nonnisi ad convicia et blasphemata conta„
giunt Judæi, Samaritanum eum vocantes. Et sane, per omne vite
tempus, non aliud voluit, quam, quod voluit Pater coelestis. Joan.
4, 34. „Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut
perficiam opus ejus." Illius patris voluntati se totum commisit,
etiam tunc, cum humana natura passionem refugeret, dicens
in monte Olivet. Matth 26, 39. „Pater mi si possibile est, trans„
at a me calix iste, verum tamen non sicut ego volo, sed sicut Tu."
Ad Patris propterea glorificationem et honorem, omnia direxit,
dies noctesq[ue] consumpsit docendo, orando, patiendo, omnibus
exhibens Charitatem Matth 4, 23. „Et circumibat totam Galileam do„
cens in Synagogis eorum et prædicans Evangelium regni, et sa„
nans omnem languorem, et omnem infirmitatem in populo."
et quidem Charitatem talem, qua pro omnium salute se morti
tradidit, summum omnino Charitatis documentum. „Majorem
enim Joan 15, 13. hac dilectionem nemo habet, ut animam suam
ponat quis pro amicis suis." Illisce autem omnibus, tantique
laboribus non aliud intendit, quam sanctificationem singulo„
rum, et omnium ita, ut Pater tanq[ue] sanctificationem hominum,
patrem ipse honorificetur coelestis, quemadmodum, mortis pro„
pinquus ad Patrem clamat, Joan 17, 4-5. „Ego te clarificavi Pater
super terram, opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam,
manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de
mundo. Tui erant, et mihi eos dedisti, et sermonem tuum
conservaverunt." v. 9. „Ego pro eis rogo, non rogo, ut tollas eos
de mundo, sed ut serves eos a malo." v. 17. „Sanctifica eos
in veritate" v. 21. Ut omnes unum sint, sicut Tu Pater in me,

ego pono animam meam pro amicis meis

/: Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint." Propterea eos Dñs suos declarat, qui Patris voluntati obtemperant, Marc 3, 32-35. „Et sedebat circa eum turba, et dicunt ei: Ecce mater tua, et fratres tui foris quærunt te. Et respondens eis ait: Quæ est mater mea, et fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, et soror mea, et mater mea est." Et sic nos docuit ad Patrem orare Matth 6, 9-10. „Sanctificetur nomen tuum, fiat voluntas tua sicut in Cœlo, sic et in terra." Filine etiam suis sequacibus non humi terra bona caduca, gaudia et emolumenta promisit, sed potius persecutiones, et mortem propter justitiam, illos tamen beatos prædicat non desistendos sua mercede. Matth 5, 10. – promittens claritatem et gloriam apud Patrem Joan. 17, 24. „Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi sum ego, et illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi." Joan 14, 2. „Vado parare vobis locum, ut ubi ego sum et vos sitis." Ex quibus autem omnibus sic infertur: si Christus in omnibus perfectissimum fuit Sanctitatis exemplar, si non aliud voluit, quam Patris glorificationem, quomodo si idem non habeamus illi commercium intimum fuit cum Patre dissentiendi; sane quoq, quilibet homo suppositus veras, donec contrarium probetur. multo magis ergo Jesus Christus in quem nec levissima quidem ex tota vita patine, suspicio, vel minima aberrationis, a vero et bono cadit, quod ipsi etiam adversarii fatentur, e.g. Rousseau, qui inter alia dicit. Emil III L. „Also ist dar Mensch, wo ist dar Elmisz, dar also Pflichten hat gegen sich selbst, so fundalu, so Liebar, so Barmherzigkeit, wie Jesus? Wenn Socrates sein Leben Opfert für seine Grundsätze, so hat Christus sein Gott."

§14. Confirmatur hoc argumentum.

Confirmatur autem illud argumentum ex charactere sanctissimo Jesu Christi petitum, quia:

At. Omnia, qualiacumq motiva, quæ homines sæpe inducunt, aut a /:

aut a veritate deflectant, longissime a Jesu Christo abierant. Nun„ quam enim de ipsum quaesivit neq. proprium commodum v.h„ norem. „ Vulpes enim dicit Jhs Matth 8, 20. foveas habent et volu„ cres coeli nidos, filius autem hominis non habet, ubi caput „ reclinet." Sic pauper erat, in praesepio natus Luc 2, 7. a fabro nutritus. Matth 13, 55, magorum donis sustentatus Matth 2. 11. — et coactus, qui v.s. per miraculum tributum praestiterit pro se„ vere, Matth 17, 26. nec unquam propterea ex ore sanctissimo ejus processit querela, gratia, sicut ipse fuit pauper, pauperes quoque, sine baculo et pera suos delegavit discipulos Matth 10, 10. „ et suis dixit." „ Nisi quis renunciaverit omnibus, quae pa„ tet, non potest esse meus discipulus." Luc 14, 33. Similiter a potestatis terrestris et honorum cupidine longe alienissimus quod patet et ex locis citatis (86) et Luc 12, 13-16. et Joan 6, 15. Joan 18, 36. et 7, 18. „ Qui a semet ipso loquitur, gloriam propri„ am quaerit, qui autem quaerit gloriam ejus, qui misit eum, hic verax est." et 8, 50. „ Ego autem non quaero gloriam meam, „ est, qui quaerat et judicet." Nulla ergo praeceps fatio invenitur, cur Christi testimonio fidem non habeamus. ——

B. Confirmatur porro ex quia illud testimonium perhibuit, etiamsi Judaei illi invidiae ardverent et quia pro illius con„ fessione mortuus est. Joan 5, 18. „ Propterea ergo magis quaerebant eum Judaei interficere, quia non solum solvebat Sabbathum, sed et Patrem suum dicebat Deum, aequalem se faciens Deo." Et la„ men Jesus hic abstinuit, ut illud testimonium revocaret, ut po„ tius per totum sabbeguum permanem illud confirmaret, Matth 26, 63-66. „ Et Princeps Sacerdotum ait illi: Adjuro te per De„ um vivum, ut dicas nobis, si tu Christus filius Dei? Dicit „ illi Jesus: Tu dixisti." .... „ Tunc princeps sacerdotum scidit „ vestimenta sua dicens: Blasphemavit, quid adhuc egemus te„ stibus? ecce nunc audistis blasphemiam, quid vobis videtur?

/.

Ad illi dixerunt: Reus est mortis." Illum quidem ex odio, quia mali quid fecerit, accusatum, et morti traditum esse, testes nobis sunt ipsi ejus adversarii, qui illum in nulla re accusare poterant, et propterea ad falsos testes confugiebant." Matth 26, 60. „ Et non invenerunt, cum multi falsi testes accessissent." Christi innocentiam porro testatur Pilatus, Joan 18, 38. „ Iterum exivit ad Judæos et dicit eis: Ego nullam invenio in eo causam." Pari, vel ipse proditor Judas, qui argenteos volutis dicens principibus Sacerdotum Matth 27, 4. „ Peccavi, tradens sanguinem justum." Testantur deinde omnes illi, qui non diu post Salvatoris Crucifixionem in eadem urbe, ubi crucifixus erat, publice ad eum converterantur, et baptismate abluebantur. — —

Confirmatur denique veritas dictorum hujus eo, quia nec minima suspicio in Christum cadit, quasi vehementioris thandasiæ ludibrio fuerit obnoxius; - quominus id statuatur, prohibet:

a/. Ipsa magnitudo consilii, si conferatur cum simplicissimis medii, quæ naturali sua indole effectui, quem produxerunt, pro ducendo, nequaquam erant proporcia, quod demonstravimus §6 Partis I.

b/. Ipsa tranquillitas mentis, et æquus animus, quo in exequendo munere suo processit: Nullis enim violentis mediis est usus, nec ut voluit discipulos (§6.) Mortem suam violentam prævidit, Matth 20, 18. et tamen post mortem tam cruentam, firma certi, ludine prædixit consilium eum habiturum esse eum eventum. Joan 12, 32. „ Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia trahum ad me ipsum." Luc 13, 29. „ Et venient ab Oriente et Occidente, et Aquilone et Austro et accumbent in regno Dei." Matth 13, 31. „ ut cum grano sinapis initium regni sui comparat, quod crescet dein mirum in modum, dicit ex minimo grano sinapis arbor fit maxima; - et hæc summa tranquillitate prædixit, quamvis optime sciret impedimenta, quæ propagationi /.

Religionis suæ opponerentur, illaq; jenedicerent. – Sane die omnis phantasia vivacioris suspicio excludibur, cum phantasiastæ impatientes sunt moræ, – media qualiacunque arripiant, et per se omnia obtinere studeant. – Quapropter eis coepatis consiliis suis fallunbur, quod secus accidit in Christo, cujus consilium præ pere obtendum, cit creuit enim ecclesia Christi a parvis initiis in arbonem patentem latissime sicut jenedixerat Salvator. (57). Sic ergo illud Testimonium ex quacumq parte consideretur, per se omni fide est dignissimum extra omne dubium autem collocatur per Miracula, quæ in ejus confirmationem edita sunt. —

§15. II. Ex Miraculis.

Miracula, quæ in confirmationem veritatis doctrinæ Christianæ facta sunt, commode distribuuntur in ea, quæ I. Christus vivens in terris. quæ II. Pater de cœlis jenepter Christum, et quæ III Christus post mortem suam patravit. —
Hæc ordine ea recensebimus, et disjudicabimus. —

§16. Miracula, quae Christus patravit in terris versans.

Hæc secundum sequentes Classes recensemus:
1mo. Morbos varios, eosq desperatos solo jussu aut tactu sanavit. sic infirmum, qui per annos 38, infirmitate detinebatur ad piscinam sanavit. Joan 5, 1-14. – Cæcos a nativitate visum restituit, Joan 9. – Decem leprosos mundavit. Luc 17, 12-19. – Filium reguli absens sanitati restituit. Joan. 4, 46. – Generatim de his sanationibus loquuntur Matth. 4, 23. 14, 35. „Cum cognovissent eum viri loci illius, miserunt in universam regionem illam, et obtulerunt ei omnes male habentes, et rogabant eum, ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent, et quicumq tetigerunt, salvi facti sunt."

Matth. 9, 4-5. „Euntes renunciate Joanni, quae auditis et videtis, coeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur."

2do Dominum naturae esse demonstravit Solus, cum aquam Canae Galilaeae mutaret in vinum Joan 2, 1-11. ventis et mari imperaret Matth 8, 23, 26. super aquis ambularet Matth 14, 26. et Petrum in mari ambulantem sustentaret. v. eg. paucis panibus et piscibus quinque, alia vice quatuor millia hominum saturavit Matth 14. Marc 6, 34. Joan 6. 5.

3tio Mortuos resuscitavit, et quidem filium viduae in civitate Naim Luc 7, 11. filiam archisynagogi Matth 9, 18. Lazarum 4 die mortuum jam defunctum Joan 11, et segg.

4to Victorem Satanae se exhibuit, cum ex corporibus obsessorum expellendo, dein etiam morbos, quorum causa erat, sanando. Matth 12, 22, daemonium ejecit, illaque in porcos abire permisit Luc 4, 33. Marc 1, 32. „Afferebant ad eum omnes male habentes, et qui vexabantur variis languoribus" v. 34. et curavit multos, qui vexabantur variis languoribus, et daemonia multa ejiciebat." Matth 8, 16. Luc 6, 18. quibus in locis sicut Marc 16, 17. daemoniaci, a prorsus morbo naturali affecti expresse distinguuntur. —

Adgemein latente

§17. Veritas eorum historica

Quodsi jam veritatem horum miraculorum, secundum criteria §47 et 48 Part I. adducta, disquiramus, primo jam de veritate eorum historica, nullum dubium superesse potest. Ea enim nititur iisdem argumentis, quibus in genere authentia, integritas librorum N. foederis, et dissertatio auctorum eorundem probatur; pro scopo autem nostro specialim sequentia notamus: Ad miraculum observandum opus est duorum sanorum sensibus, quibus status ante miraculum, et post illud patratum,

/.

pisse percipitur, insuper mens non facile credula et paratum Au-
dio non seducta, propterea fide digni Historiographi religuq de-
les. Non autem requiritur mens philosophice exculta accurata
virium naturalium cognitione imbuta, ultimum hoc propterea
non requiritur, quia judicium de miraculi realitate non ad ver-
ba referentium accipimus, disquisitionem enim, super veritatem
philosophicam ipsi nos instituimus; sufficit proinde scire, id pro-
vera et non aliud factum esse. His jam requisitis illi, qui nobis
Christi miracula narrant, ea esse respondent, erant enim homines
simplices, piscatores plerique, observandis ergo, quq in natura
accidunt aptiores, stylo simplici, quq viderunt, referunt, summaq
religione, neq propriis errores tacentes, nullam ex relationibus
lucrum exspectantes, neq tamen fuerunt facile credili, quod hist.
pia Resurrectionis dominicq, ut videbimus abunde probat. Philoso-
phicas reflexiones non instituerunt, provocant illm ad id, quod sen-
sibus perceperant. Joan 1, 1. „Quod erat ab initio, quod audivimus
quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nq
stræ contractaverunt de verbo vitq, annunciamus vobis." quod
Chr. Jesus
propterea semper annunciare, Deo ipso volente, erant parati
sim. Act 4, 19-20. „Petrus vero, et Joannes respondentes dixe-
runt ad eos: Si justum est in conspectu Dei vos potius audire quam
Deum, judicate. Non enim possumus, quq vidimus, et audivi-
mus, non loqui." et pro his relationibus nonnisi verbera, car-
ceres, et mors sere illorum erant, talibus sane fides non po-
test denegari, miracula Christi referentibus.

§18. Veritas philosophica.

Non minori certitudine de miraculorum Christi philosophi-
ca constat veritate, et quidem ea facile ex iis patet, quae
in generali miraculorum Thesi demonstravimus. §49. Pars I.
Sunt enim hæ facta revera talia, quq, si ex naturalibus cau-
/.

causis explicantur, omnem experientiae verisimilitudinem tollunt, tollunt principium rationis sufficientis, cum inter effectus et modum, quo Christus miracula patrans egit, nullus prorsus perspicuus nexus causalis, naturalis, quod vi ex exemplis adhuc allatis, quae in citato §° adduximus. Specialim autem placet illud. 1mo Ex eo, quod verbis Christi, firmissima verisimilitudine persuasis semper respondebat effectus ita, ut verbum Christi praecedat, omnipotens; ergo dixit, et facta sunt; mandavit et creata sunt. Lectio ipsa miraculorum id abunde probat e.g. Luc 17, 14. Quos, ut vidit, dixit: Ite, ostendite vos Sacerdotibus et factum est, dum irent mundati sunt." Joan 4, 50. „Dixit ei Jesus: Vade, filius tuus vivit." – Matth 8, 26. „Tunc surgens imperavit ventis et mari et facta est tranquillitas magna." – Luc 7, 14. „Adolescens, tibi dico: surge." – v. 15. et resedit, qui erat mortuus." – Joan 11, 43. „Voce magna clamavit: Lazare, veni foras." v. 44. „et statim prodiit, qui erat mortuus." —

2do Media multa adhibuit Christus, quae autem nonnunquam adhibuit, non sunt sufficientia ad effectus ex naturali (causa) pro eo explicandos; primum patet sacra Evangelia insufficientibus. Secundum vero, quae adhibuerit media, consideremus. – Aliquos (scil. sanandorum) tetigit, ut tum Matth 8, 3. „Manum (suam) extendit, leprosum tetigit, dicens: Volo: mundare." Marc 7, 33. „Misit digitos suos in auriculam (suam) ejus, et exspuens tetigit linguam ejus, et suspiciens in Coelum ingemuit, et ait illi: Ephata i.e. aperire." Joan 9, 6-7. „Exspuit in terram, et fecit lutum ex sputo, et linivit lutum super oculos ejus et dixit ei: vade, lava in natatorio Siloe." Luc 7, 14. „Et accessit, et tetigit lectum.... Et ait illi: Adolescens tibi dico surge." v. 15. „et resedit, qui erat mortuus, et coepit loqui. Et dedit illum matri suae."

Haec media accidentalia fuisse, nec effectum ex illis posse

explicari, cujusm sani sensus, paulium studio non abrepti, dif-
ferunt ita, ut recte provocemus ad contrarium asserentes ac
tendendum idem, videndumq, num effectus respondeat. valet pro-
no, quia Christus pro admodum ejusmodi media adhibuit, alias
semper verbo fidm suo ex patravit, ut adeo nulla in hisce me-
diis necessitas inveniatur, praecipue, cum patio ejusmodi me-
diorum adhibitorum bene intelligatur, e.g. Joan. 9. ut Judaeis per
judicium Sabbathi per ejus Sanitatis non violandi, eripiat,
valet autem praecipue eainde, quia Christus neq ejus habuit pro
sens adesse, ubi miraculo patraret, sed absenti ac praesenti eadem
Christo inerat voluntatis potestas v.c. dum sanavit filium Regu-
li - Joan 4. filium centurionis, Matth 8. perpensis, certum est, ve-
ra Christum patrasse miracula, & neq inter verbum ejus et ef-
fectum esse nexum causalem naturalem. —

§19. Confirmatur veritas Miraculorum Christi.

Quamvis haec allata sufficiant ad veritatem philosophicam mi-
racolorum evincendam, tamen inaupex aliqua momenta
nobis propria sunt, quibus persuasio de eorum veritate au-
getur, sunt autem sequentia:

1mo Ipsa multitudo miraculorum, quae circa diversissima objec-
ta versabantur, sub eadem semper et certissimo effectu ejus
quod voluit Christus, hoc ex ipsa recensione miraculorum (ju-
bis §16) patet.

2do In illis patrandis Christus multi temporis q. loci opportu-
nitati adstringebatur, sed patrabat ex nihilo et quocumq tempore
suppeditabatur occasio. Patrabat enim miracula sua Hieroso-
lymis Joan 2, 23. — in templo Matth 21, 14. — in diversissimis op-
pidis Matth 9, 35. Marc 6, 56. quacumq introibat in vicos q. in
villas, et civitates: — non ergo, quos volebat Christus, caute

caute selegit, sed quicumq occurebant, sive eos videbat, sive hoc sive illo morbo laborabant, eosq sempter sanabat, sine insolito v. pro meditato apparatu. Hoc, quae in antecedentibus diximus, certe omnem v. praeludia v. cautio, v. casus suspicionem tollunt; quae enim agit modo uniformi, et determinato, effectum genere continetur. Praeus autem splendido agit apparatu, quo homines ad spectaculum praeparantur, sensusq fallantur, quibus et aliaquin sanctissimus Christi character repugnat. Haec autem porro pariter omnem excludant casum, et fortuitum effectum, qui hunc sim suppeni posset, si una v. altera vice effectus secundasset voluntati. ——

3tio Illae miracula ipsi Christi adversarii viderunt et examinarunt, nec tamen ex negore sunt ausi, pulcherrimum caracterem revitalis testimonium. Christus scil. publice operatus fecit miracula, praesentiam adversariorum nequaquam timens Luc 6, 6-11. Christus sanabat hominem, cujus manus erat aurida i.e. spiritu vitali modum consuente destituta et quidem Sabbatho in Synagoga. Observabant enim Scribae et Pharisaei, num Sabbatho curaret, ut invenirent, unde accusarent eum. Ipse vero sciebat cogitationes eorum, et ait homini, qui habebat manum aridam, surge et sta in medium, et surgens stetit. - Item sanabat eum. Pariter Matth 9, 2-7. paralyticum praesentibus Scribis; 21, 24. praesentibus principibus sacerdotum et scribis, sanavit caecos et claudos in templo ad eum accedentes. Non tum autem observabant, sed et examinabant. Praeclarum ejus modi miraculi examinandi exemplum occurrit Joan 9. loco, de homine inde a nativitate caeco, per Christum sanato, et id examen non provocante tum ipsum sanatum, sed et ejus parentes, qui testantur, filium suum ipsum a nativitate caecum fuisse, quod etiam testati sunt, pariter sanatus ipse iterato prodi-

profitebatur, Deum esse, qui visum ei restituit. – Paesiter Joan 5. Judæi miraculum, quo Jesus hominem per 38 annos infirmum ad probaticam piscinam sanavit, examinant, imo Jesus ipse sæpe sanatos ad Sacerdotes misit, qui de effecta sanatione judicent, Matth 8, 4. Luc 17, 14. Judæi ergo, eorumq; Proceres Christi miracula viderunt, imo examinarunt, nec tamen ausi sunt ea negare, quod v. ex effugiis patet, quæ quæsierunt – non enim ab re fecerunt, quam, quod illos, qui miracula profitebantur, foras ejecerint, quod fecerant cæco nato, Joan 9, 34. v. Satanæ illa adscriberent, Matth 9, 34. v. vero vim Omnipotentem Christi probitate non valentes morti eum tradiderunt. Joan 11, 47–50. Extrema sane desperantium hæc sunt media, quibus si potuissent, multo fuisset facilius negare: miracula hæc esse patrata. – sic ergo ipsi inimici Jesu Christi, imo totus populus testes nobis sunt veritatis miraculorum Christi. ——— ———

4to. Non leve momentum veritati horum miraculorum accedit exinde, quod non solus Christus ea patrarit, sed patrandi potestatem ipsis etiam dederit suis Apostolis. Matth 10, 1. „Et convocatis duodecim discipulis suis dedit illis potestatem spiritum immundorum ut ejicerent eos et curarent omnem languorem, et omnem infirmitatem." – Hæc potestas concessa effectu suo non destituebatur ut legere est Marc 6, 13. et Act; – Æneam paraclytum paralyticum sanat et Tabithan ad vitam revocat Petrus, etiam sanavit Claudium Act 3, 3–11. Act 9, 34–42. –, „Stephanus autem plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia et signa magna in populo Act 6, 8. Sed illam promisit potestatem, non tam Apostolis, sed in genere etiam omnibus fidelibus, Marc 16, 17–18. „Signa autem eos, qui crediderint hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent, et si mortiferum quid ei

liberint, non eis nocebit." Historia ecclesiastica hujus promissionis testatur veritatem, imo aliquando tales, qui Jesum non sequebantur, qua discipuli, invocato hm nomine Jesus! miracula patrabant, quod legimus: Marc 9, 37. „Magister, vidimus quendam in nomine tuo ejicientem dæmonia, qui non sequitur te." Hæc sane, omnem conspirationis in eundem v. fraudem, vt actis suspicionem tollunt, qua supponi certe non poterit, cum sufficienter nomen hm Jesu invocare fuerit, etiamsi quis non strictis nominis fuerit discipulus Christi. —

5to Summum autem momentum huic argumento et robur accedit ex Juda proditoris prasentia, qui et ipse, dum Christus miracula patraret, interfuit, et inter duodecim erat, cum Jesus illis potestatem miracula patrandi daret, Matth 10, 1. — Hic ergo certe artem, et fraudem, si quam Jesus adhibuisset — hunc autem post proditionem non se laqueo suspendisset, neque professus fuisset se sanguinem justum tradidisse, Matth 27, 4. potius, ut erat auri cupidus, quæstum fecisset de illa ipsa arte, quam erat doctus. —

Hic evicta est veritas Miraculorum philosophica.

Nota. Contra eos, qui recentiori, qui recentiori tempore in Mythos convenerunt miracula, allegorice exponunt, v. circumstantias fictas, quarum nulla mentio est in S. Scriptis, adhuc, ut naturaliter ea explicent, hic non est locus dicendi; necessaria dicta sunt in Hermaneutica, id unicum notamus, majus miraculum requiri ad ejusmodi conversionibus textus assensum præbendum, quam si ipsum miraculum in omni sua potestate petineatur. —

§20. Christus ad miracula provocavit.

Quod §46 Pars I. ad miraculum verum requirimus, ut scil. ille,

qui patrat illud, demonstrationem legationis suę divinę recipere ha-
bere velit, in Christi miraculis pariter obtinet. Expressis enim
verbis ad illa, tamquam ad criteria legationis suę provocavit Matth
11, 2-6. – ubi legatis Joannis Baptistę a Christo quærentibus: an
ille sit, qui venturus est, respondet: „Euntes, renunciate Johanni,
quæ audistis et vidistis: Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mun-
dantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizan-
tur. – Pariter Joan 11, 42. Christus expresse dicit, cur ante re-
surrectionem Lazari clare voce ad Patrem oret, ut scil. circum-
stantes credant, quia ab eo missus. – Simili modo Matth 12, 28.
„Si autem ego in spiritu Dei ejicio dæmones, igitur ad vos per-
venit regnum Dei." Argumentatur scil. Christus contra Judæos,
qui ejus miracula dæmonis potestati adscribebant, asserens:
sententiam illam per se falsitatis arguit, qui tunc Satanas si-
bi ipsi contradiceret, cum homini regnum diabolicum exer-
centi potestatem suam mutuari negaret, – inferat deinde se
per Dei potestatem illos patrare, propterea illa esse signa
legationis suę divinę. Joan 10, 37-38. „Si non facio opera Pa-
tris mei, nolite credere mihi; si autem facio, etsi mihi i.e. ver-
bis meis, non vultis credere, operibus i.e. miraculis, credite,
ut cognoscatis et credatis, quia Pater in me est, et ego in Patre"
– Joan 5, 36. De horum testium fanum nullum potest esse
dubium, quapropter illis insistentes, non laudamus adversa-
riorum opinionem, qua putant, Christum ipsum palmis se
facta illa, quę patrarit, indicium haberi legationis suę;
testes enim, ad quos provocant, sententiam nostram ne-
quaquam evertunt, provocant autem ad testes, in quibus
Christus, se nulla patrare miracula asserit, a. hamines ad
præstandam suę doctrinę obligat, pro divina sua missi-
one probanda. – nihil autem hi testes contra nos

contra nos probant; si enim Christus Matth 12, 38-40. ubi Judæi miraculum postulant, eos genus adulterum et malum vocat, et miraculum denegat dicens: „Signum non dabitur." Salvator in præsentia tum multum valet patrare, quia Judæi, qui hoc vidit miraculis, et nominatim illi, quod recte, antequam id dicerent, patrave rat, non credidérunt – neg. credituri essent novo patrando; imo recte hoc in textu ad miraculorum maximum, fulvam suam Resurrectionem provocat, addens: „Signum non dabitur nisi signum Jonæ Prophetæ." – explicans illud de resurrectione sua, v. 40. Illic textus ergo neg. huc pertinet. – Si porro ali quando Jesus interdixit, ne palefierent miracula, id pro fecit et quidem ex causis ut videre è in exemplo de sanato leproso; et v. g. ideo, quoniam sæpissime ad ea provocat, imo quia speciale consilium hinc subjisse, quod etiam nobis constat e.g. leproso sanato Matt 8, 4; dixit: „Vide, nemini dixeris, sed vade, ostende te Principi Sacerdotum, et offer pro mundatione tua, quæ præcepit Moses in testimonium illis." nempe scil. propagari miraculum, antequam sacerdos leprosum declaraverit mundum, ne forsitan ex sumo re, audiens Jesum esse, qui sanavit, ex invidia declaratio nem denegaret. – Provocasse deinde Jesum ad probandam doctrinæ suæ non negamus, imo sæpe summo Sq. P. II. sed Jesus provocavit pariter ad miracula sua, ex quo illum sequitur: miracula non esse tum unicum documentum legationis Christi, sed, quod et nos fecimus, ambo argumenta, et quæ sunt reliqua, esse in unum conjungenda. Sic ergo et ex hac parte miraculis Christi sua constat probandi vis. —

§21. Objectum miraculorum Christi.

Quod reliquas verorum miraculorum notas §50. Pars I. citatas attinet, eas omnes et nominatim, quod Characterem vitæ Christi patrandis miracula, et præstantiam doctrinæ attinet, exposuimus in antecedentibus, id unum addimus: miracula Christi, etiam quoad objectum, circa quod versabantur, nonnisi benevolentiam summam in genus humanum, qua miseris succurrit, pauperes sublevabit, spirasse, ut inspicienti Evangelia patet, nec unum proferunt objectum adversarii, quod minus decens, et non potius sumopere dignum legato divino dicatur, specialim autem monemus finem quoq, quo Deus tempore Christi permisit: aliquos oppressos fuisse a diabolo, quem permittere sua ex corporibus expulit Christus, in œconomia divina esse gravissimum, adeoq, etiam ex hac parte, nihil obstare, quominus vere dicantur illi obsessi a diabolo. Etenim demonstravimus, Satanæ suas in Seductione Parentum habuisse partes, vinculumq, tenuisse post primum peccatum genus humanum, cujus destructionis regnum Christus in terras venerat, quod modo pergnum aspectabili generi humano eo repræsentabatur, si eum ex corporibus hominum expulit, ex quo concludere licebat, quanta fuisset Christi potestas in animas hominum a diabolo potestate liberandas; visibilis ergo repræsentatio erat fulturi invisibilis effectus, et sicut se Christus per resuscitationes phyicorum mortuorum victorem mortis, pariter per peccatum introducti; sic per expulsos dæmones victorem Satanæ esse exhibuit, Hæc de miraculis, quæ Deus per sanctos in terris patravit.

§22. Miracula.

quae Pater de coelis propter Eum patravit.

Manifestationes de coelo factae. —

Commode hic sermo institui posset de ipsa supernaturali Nativitate Salvatoris Luc 1, 26. de adjunctis, quae ejus nativitatem comitabantur, pariter supernaturalibus, Matth 1, 2. Luc 2. de ipsa supernaturali nativitate Joannis Baptistae, annunciatione, Luc 1, 1. — sed, quia id nimis longum esset, partim de aliquibus horum sermo recurret in speciali Dogmatica, hic nos tm restringimus ad manifestationes vitae publicae Christi, quae simul magnum momentum in ipsam persuasionem multorum Christi coevorum habebat. —

Prima harum est illa ad Jordanem, dum Christus a praecursore baptizaretur. Christus scil. Matth 3, 13; a Joanne, qui homines ad resipiscendam exhortabatur, et emendationem vitae promittentes baptizabat, petit Baptismum. Joannes Messiam agnoscens non vult id admittere. Urget Jesus dicens: „Sine modo, sic enim nos decet implere omnem justitiam." / διϰαιοσυνην / i.e. decet me suscipere, quae ex Patris voluntate ad munus meum Messianum pertinent; „tunc concessit ei." i.e. hoc audiens Joannes Christum baptizavit. Baptizatus autem / Christus / confestim ascendit de aqua, et ecce aperti sunt ei coeli / οι ουρανοι ἠνεῳχθησαν / i.e. claritas divina circumfulsit eum, et vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam. Luc 3, 22., et descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum." Eodemque modo visibili in columbae specie Spiritus sanctus super illum descendit: „Et ecce vox de Coelo facta est: Tu es filius meus dilectus, in Te cum-

complacui mihi." - Marc 1, 9 et sqq. - Modo ergo suavissimo simulque captu facillimo Pater de Coelis Christum statim ab initio muneris sui, filium suum et messiam declaravit, ut audiendi fierent homines, prona, qui cum audiant, et sequantur, finis sane gravis cum oeconomia divina, apprime conspirans, - neq affectu suo destituebatur hæc manifestatio. ad illam enim Joannes Baptista iterato provocat homines ad Jesum adducturus e.g. Joannes 1, 32. „Et testimonium perhibuit Joannes dicens: Quia vidi spiritum descendentem quasi columbam de coelo et mansit super eum, v. 34. „Et ego vidi et testimonium perhibui, quia hic est filius Dei." quo testimonio perhibito Christum praeter alios, secuti sunt Andreas et frater ejus Simon-Petrus, v. 37-40-42. Certe, etiamsi illa manifestatio, non alium, quam hunc effectum habuisset, Deo est dignissima; Petrus enim electus est postea a Christo, Ecclesiæ caput visibile, Andreas autem una fuit ex columnis Ecclesiæ. —

Altera Christi manifestatio Divina, est illius transfiguratio. Matth 17, 1-9. Marc 9, 1-8. Luc 9, 28-36. Christus secum Petrum Jacobum et Joannem duxit in montem excelsum seorsum et transfiguratus est ante illos, et resplenduit facies Ejus sicut sol, vestimenta autem ejus alba facta sunt sicut nix apparuerunt autem Moyses et Elias cum eo loquentes." - Tunc vero apostolis visionis dulcedine captis vox de Coelo intonuit dicens: „Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite." Finis hujus manifestationis, quam vis immediate ad hos tres facta est Apostolos, gravis, et Deo dignissimus, clare perspicitur. - etenim, non dixi ante, Petrus celebrem confessionem Jesum esse filium Dei edixerat Matth/

Mark 16, 16. et vce! hic confirmationem de coelo factam, qua immote
scat verissimum esse, quod Petrus fuerat confessus. Insuper tem
pus mortis dominicae jamjam appropinquavit, quo eo magis ego
bant fide firma, - ne putarent in nihilum recidisse omnia,
quae viderant et audiverant, - apparuerunt autem Moyses et Eli
as celeberrimi illi Antiqui foederis viri, ut haberet Christus Le
gis, et Prophetarum testimonium, sicq realiter repraesentaretur,
quem Christus ipse pronunciaverat nexus, inter utrumque
testamentum, et ut Apostoli, audientibus hisce viris, voce expressa
delegarentur a Lege, et Prophetis ad Christum, quasi Deus diceret:
jam non porro hos, sed hunc audite."

Quapropter et Apostolis alta mente reposita manebat haec
manifestatio caelestis, post multos enim annos, tamquam ac cer
tissimum documentum, ad illam provocavit Petrus Epist II. 1, 17-18.
„Accipiens enim a Deo Patre honorem et gloriam voce delapsa
ad eum, hujusmodi a magnifica gloria: Hic est filius meus di
lectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. Et hanc vocem nos
audivimus de coelo allatam, cum essemus cum ipso in monte
sancto."

Tertia manifestatio de coelis facta est, cum mortis jam proximus
esset, Joan 12, 28-33, voce ad Christi orationem: „Pater clarifi
ca me." de coelo delapsa: „Et clarificavi et iterum clarificabo."
quam vocem ipse Christus, cum varie jamdum interpretantium
circumstantes, coelestem declarat diens: Non propter me haec vox
venit, sed propter vos" v. 32. Et ego si exaltatus fuero a terra,
omnia traham ad me ipsum." Omnibus verbis Christus ipse vocis
hujus coelestis, finem declaravit, nectens enim cum illa mortis su
ae commemorationem, indigitat, Patrem denuo voluisse declarare
Jesum esse Messiam, ne instante mortis hora ab eo discederent homi
nes et scandalizarentur. Sic ergo Pater de coelis ipse, Jesum filium suum
et Messiam declaravit."

§23. Miracula in morte Christi.

Sed neq; in morte filium suum sine Testimonio reliquit Pater, Matth. 27, 51-53. „Et ecce! velum templi scissum est in duas partes a summo usq; deorsum, et terra mota est." Luc. 23, 45. Et ob scuratus est sol, et petræ scissæ sunt, et monumenta aperta sunt, et multa corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt, et exeuntes de monumentis apparuerunt multis." Sane, decebat mortem Sanctissimi terribilibus annunciari phænomenis, oportebat solem obscurari et terram moveri, ob criminis commissi atrocitatem, oportebat velum templi scindi, quia antiqua novo cedebat ordini, – nec siquis porro erat ejus, cum per proprium sanguinem Christus semel introivit in sanctæ, æternæ redemptionem inventa. Hebr 9, 12. Oportebat mortuos resurgere per Christi mortem, mortis aculeo sublato. – Sed consequuta sunt quoque illa miracula præcentem effectum, nam Matth 27, 54. „Centurio, et qui cum eo erant, custodientes Jesum, viso terræ motu et his, quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: Vere hic filius Dei erat." Luc 23, 47. Et percutientes pectora sua revertebantur.

§24. Resurrectio Jesu Christi.

Summum autem miraculum, quibus Christus suam legationem divinam probavit, est ejus resurrectio a mortuis. Momentum ejus pulchre exponit Paulus 1ad Cor. 15, 14 sqq. dicens: „Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est et fides vestra; invenimur autem et falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus adversus Deum, quod suscitaverit Christum, quem non suscitavit, si mortui non resurgunt." Nam si mortui non resurgunt, neq; Christus resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccatis vestris." Et quidem verissime sic infert Paulus, quoniam repetitis vicibus hanc

suam, ut demonstrabimus propriis Christus resurrectionem, quodsi ergo non surrexit, in vanum recidderent omnia, quæ dixit esse„ cit, mendacio, et illusionis jure arguerentur Christus. Cum igitur illi resurrectioni dominicæ inest momentum, tum vero enim propter adversationum copiosam turbam, qui, quo majoris momen„ ti est hoc miraculum, eo intensius dubium pedere et negare stu„ dent, accurate illo esse demonstranda, quod fiet, si demonstra„ tum fuerit, Christum vere non apparenter mortuum esse in cruce, dein vero in vitam redisse. —

Et quidem Christum revera mortuum esse in cruce certo constat. Id enim consentientes omnes confitentur Evangelistæ. Matth 27, 50. „Je„ sus autem iterum clamans voce magna emisit Spiritum. Marc 15, 37. „Jesus autem emissa voce magna expiravit." Luc 23, 46. „Et clamans voce magna Jesus ait: Pater! in manus Tuas commendo Spiritum meum. Et hæc dicens expiravit." Joan 19, 30. „Cum au„ tem accepisset Jesus acetum dixit: Consummatum est. Et inclinato capite tradidit Spiritum." Id milites, qui ejus crura perfo„ rarent non fregerunt, quia jam mortuus erat, sunt experti. Joan 19, 33. Id probant Josephus ab Arimathea et Nicodemus, qui ob sciendis religiositatem semivivum non sepelissent. — Matth 27, 57-58. „Cum autem vero factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathea nomine Josephus, qui et ipse di„ scipulus erat Jesu. Hic accessit ad Pilatum et corpus petivit Jesu. Tunc Pilatus jussit reddi corpus." Joan 19, 38 et seqq. „post hæc autem rogavit Pilatum Joseph ab Arimathea (ec, quod esset discipulus Jesu, occultus autem propter metum Judæo„ rum) ut tolleret corpus Jesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo et tulit corpus Jesu." Probat centurio a Pilato missus, qui secutus mortuum, Marc 15, 44-45. Extra omne dubium mors Christi collocatur, quia teste Joanne 19, 32-33, latus ejus lan„ cea apertum est, ex quo exivit sanguis et aqua," quo facto profluentibus medicis mori debuisset, si antea non mortuus

/.

mortuus fuisset. Mors ergo Christi extra omne dubium collocata est. – Sed eadem certitudine ejus resurrectio in vitam constat, et quidem sequentibus ex momentis: –

1.) Evangelistæ uno ore testantur, Christum resurrexisse, et angelum quidem mulieribus ad momentum accedentibus hanc Christi resurrectionem annuntiasse. Matth 28, 1-7. Marc 16, 1-7. Luc 24, 1-6. Joan 20, 1 et seqq. –

2.) Christus post resurrectionem Apostolis, multisque aliis apparuit vivus, ab illis agnitus est, et indubia vitæ suæ dedit documenta; apparuit ipsis scil. piis mulieribus egressis e monumento. Matth 28, 9. quæ ad ejus pedes provolvuntur, illumque adorant; undecim Apostolis Matth 28, 16. quibus dat potestatem verbum Dei prædicandi et baptizandi Marc 16, 14; Mariæ Magdalenæ Marc 16, 9. Joan 20, 14-18. quæ ab initio hortulanum putat, ex voce autem pronunciante „Maria" agnoscit; duobus discipulis Emmaum euntibus, qui eum in fractione panis cognoverunt, Luc 24, 23-24; congregatis discipulis pedes et manus transfossas monstrat, quibus perorantibus commedit piscem et mel, insuper se palpandum præbuit, quia spiritus carnem et ossa non habeat; Luc 24, 36-43. alia vice Apostolis, dum illis dat potestatem relinendi et remittendi peccata. Joan 20, 19-23. Thomæ post octo dies Joan 20, 26-29. dein sæpius quod narrat Joannes 21. – deinde ante ascensionem suam quadragesimo post resurrectionem die congregatis omnibus Act 1. 1-8. De his apparitionibus Domini post resurrectionem loquitur etiam Paulus 1. Cor 15, 4-8. –

3.) Neque etiam temere crediderunt Apostoli, potius fidem resurrectioni dare extraordinariæ non habent, propterea in ea referenda sunt fide dignissimi, nam quamvis prædictam scirent a Domino hanc resurrectionem, tam parum tamen deerunde phantasia et præconcepta opinione, erant deducti,

Seducti, ut potius mulieribus, resurrexisse Dominum nuntiantibus non credent, sed Luc 24, 11. „Visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, et non credebant illis": imo cum ipse Christus coram adesset et Luc. 24, 26. diceret: „Pax vobis ego sum, nolite timere" non crediderunt, sed conterriti putabant se spiritum videre; dedit quidem deinde Christus manus et pedes palpandos, assidens pedibus, quia spiritus carnem et ossa non habet, sed tamen adhuc hesitant. Donec tamen commedisset partem piscis et favum mellis et uberius sermocinatus esset de regno Dei, conf. Matth. 28, 7. Marc 16, 11-13. Maxime autem memento nobis è Thomas, qui dum Christus congregatis Apostolis Joan 20, 19. apparuerat, non interfuit, et resurrectionem nuntiantibus tam parum fidem habuit, ut potius diceret Joan. 20, 25. „Nisi videro in manibus ejus figuram clavorum, et mittam digitum meum in locum clavorum, et mittam manum meam in latus ejus non credam." At benignissimus Salvator ipsi quasi per risit post octiduum, quo facto demum firmissima fide credidit ad Deum exclamans „Dominus meus, et Deus meus." Joan 20, 26-29. Pulchre hunc in locum M. Gregorius Papa commentatus Homilia 26. „Non hoc casu, sed divina dispositione gestum est, egit namq. mira modo superna clementia, ut discipulus ille dubitans, dum in magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis; plus enim Thomæ infidelitas ad fidem, quam fides credentium discipulorum profuit, quia dum ille ad fidem palpando pervenit, nostra mens omnis in dubitatione postposita in fide solidatur": quæ verba omne nostrum augumentum enucleant, quapropter,

4to Tot documentis Christi pedibus in vitam datis non miraberis apostolos tales in prædicationibus suis ad hanc resurrectionem recurrere, illam fortissimum legationis divinæ documentum habere; ab illa scil. Petrus orationem suam ad turbas Pentacostes festo incipit, Act 2, 22. ad illam provocat. //

1. Epistol. 1, 18-21. eam exponit Paulus Thessalonicensibus Act. 17, ex progressu demonstrat 1. Cor. 15. ubi totam fidei in Christum certi„tudinem ei superstruit v. 15-29. citatis. Ex quibus autem certum„ nobis fit, Apostolos de resurrectione dominica plene fuisse per„suasos. Denique:

5to. Veritatem resurrectionis et alia quaedam adjuncta confirmant. Scil. Apostoli in ipsa illa urbe praedicare Christum, et ejus resurrectionem inceperunt, in qua Dominus cruci erat af„fixus, nec tamen ullus erat, qui illis contradiceret, potius tri„a milia et paulo post quamque, millia in nomine Christi, qui resurrexit, baptizantur. Porro legimus in Evangeliis sigue„ Orium pecuniam dedisse custodibus, ut dicerent, se dormi„entibus discipulis furatos esse corpus Domini, Matth 24, 11-15. — Argumentum exinde deductum pulcherrime exponit S. Augustinus: Tract. in Psalm. 63. v. 7. dicens: „Quid est, quod di„cis, ex infelix ignavia tantumne desereris lucem veritatis et pietatis et in profunda versutiae demergeris, ut hoc dicas: „Dicite, quia nobis dormientibus venerunt discipuli ejus et ab„stulerunt eum. Dormientes testes adhibes? Verum tu ipse ob„dormisti, quia scrutando talia defecisti." —

Ergo de resurrectione Domini nullum dubium esse potest, qua„propter his promissis firmis et certis argumentis non mul„tum immoramur, objectionibus solvendis, quibus fragmenti„sta Wolfenbüttanus, aliique eam impie impugnarunt, solide e„gregie inveniuntur in Joan. Ludw. III. J. Beda Mayer, Apologie der natürlichen u. christlichen Religion II. B. 2. Th. et in Doederlein antetragmentum. Quae enim pertinent ob„jectiones ex progressu in relationibus Evangelistarum dissen„tu, ut dum unus unum Angelum, alter duos commemorat Chri„stum secundum hunc Evangelistam Magdalenae ibi, secundum a„liam pluribus mulieribus apparuisse; — facile solventur„modo adhibeatur Evangelistam hunc brevius, alterum prolixius

narrare, unum adjuncta videre, quo alter habet, et fœdissime ab ad-
versariis facta diversa mendica haberi. Qui putant per terræ
motum corpus absorptum fuisse, id gratis asserunt, sine omni
fundamento et historiæ repugnant, nam omnes Christi appari-
ones prorsus negligunt, deinde nullo modo explicant, quomodo
corpore absorpto lineamina manserint et sepulchrum mansit
illæsum, nemoque de terræ motu quid senserit, neq. contradicendo
Apostolorum prædicationi ad illud provocaverit. Si postulant
Christum, si vere resurrexisset, apparere debuisset omni popu-
lo, qui Iesum crucifixerunt fuerit et non solis Apostolis, eiusque
discipulis, quo facillime omnibus persuasissent de veritate ei-
us, respondemus: Christus Dei et sanctis miraculis se filium
Dei manifestavit, ut credere potuissent, si voluissent Iudæi, ut adeo
dubium bene fundatum sit, num credituri fuissent ob condi-
tionem vivo apparenti: deinq. publica Christi apparitio tur-
bas facile excitare potuisset et prosperea ideam Messiæ terrestris,
ad quam adeo propendebant, insuper Christus morte sua opus
unum in terris consummaverat reliqua per Spiritum sanctum e-
rant perficienda, installanda conditus hominum tranquilla per-
suasio; non ergo erat necesse omni populo apparere, sed ei, qui
dicebat apparuisse Apostolis, qui deinceps testimonium perhi-
bebant, religio sanctum fidei invisibilium incumbit officium
dicit enim Christus Thomæ „beati, qui non viderunt et crediderunt."
Ioan 20, 29. Resurrexit ergo Christus a mortuis hanc resurrectio-
nem probare Christi legationem patet, est enim illa miraculorum
maximum. —
Christum autem propria virtute de mortuis resurrexisse, patet ex
verbis, quo Ioan 10, 18. dicit: „Nemo tollit eam (scil. animam v.
vitam) a me, sed ego pono eam a me ipso, et potestatem ha-
beo iterum sumendi eam".

§25. Ascensio Christi in coelum.

Sicut resurrectio sic et ascensio Christi in coelum veritatem religionis Christianae demonstrat. Narratur illa Act 1, 9-12. Christus nempe in montem Oliveti duxit Apostolos, illis promissionem Spiritus sancti repetiit, et videntibus illis elevatus est; et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Apparuerunt duo viri in vestibus albis, qui affirmant, Iesum in coelum esse susceptum aliquando redieturum. Paucioribus vss narratur Luc. 24, 51. „recessit ab illis et ferebatur in coelum". Marc 16, 19. „Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in coelum et sedet a dextris Dei." Math et Ioan. ascensionem quidem expresse non memorant, sed non est, cur ad ascensum in horum Evangelistarum silentio objectionem formemus; etenim silentium unius alterius ve scriptoris neq. in historia profana suspectam reddit positivam relationem aliorum sive dignorum, nemo enim scribere debet omnia, quae acciderunt, relatio tunc quoq. autem in nostro themate non obtinet. — Cur autem eam siluerunt hi duo Evangelistae, patio potes adferri, quia Math. si bi sumpserat probare Iesum esse Messiam lege promissum, quod effectum erat miraculis, quae in terris patravit et resurrectione narratis; Ioan autem totius de perfecta Christi ad Patrem legatione erat, ut superfluum videri potuerit, ipsum reditum expresse referre. —

Si Cantius aliq. opinantur, corpus crassum non esse aptum, quod coelestibus sedibus recipiatur, ascensionem Christi propterea ordini rerum repugnare, neq. opus esse, ut corpus materiale et vile gloria caelesti cum anima coronetur, non adeundum philosophicis reflexionibus factum, quae in se nullam invehit repugnantiam non evertit. Ascensionem jam non repugnare, logice patet ex notione, realis autem possibilitas nullam difficultatem

Et factum est cum benedixit eis

difficultatem involvit, quia Paulus jam docuit, corporum crassorum
vitiis coelestibus regnum aptorum mutationem in spiritua-
lia 1. Cor. 15, 35. de qua suo loco. Nemo vero in genere corpus
quod animae instrumentum est, vile dicat, specialim autem quod
Christi corpus attinet verum incarnationis conceptum non
habet, qui ascensionem non negat, ut jam loco videbimus. Chri-
stus ergo in coelum ascendit, ex quo pariter veritas ejus lega-
tionis probatur, probat enim ascensio Christum ejus jussu
ad beneplacitum Patris peregisse et omnia vera esse, quae
docuit et disposuit, secus enim gloria et honore non esset co-
ronatus. Ascendit autem Jesus propria virtute dicit enim Chri-
stus: „Nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo filius
hominis, qui est in coelo." Joan 3, 13. —

§26. Miraculum conversionis Apostolorum.

Non minoris momenti pro probanda religionis veritate est
Apostolorum mutatio per Spiritus S. communicationem effecta,
quae jure pariter miraculum nominatur et est. Ut res accurate
intelligatur consequendus est status Apostolorum ante Christi
recessum in coelum cum eo, qui post festum pentecostes fuit me-
diumque intelligendum per quod mutati sunt: Etenim Apostoli,
dum Christus in his terris degeret, vulgarium opinionibus pra-
conceptis erant imbuti, non capientes Christi consilium, quod exegum
suus in terras venerat, nam expectabant cum religuis Messiam
terrestrem, in cujus regno primas occupaturi sint partes. Matth
20, 20. inquidem et discipuli cedebant post Christi passionem disci-
li Emaundem et nomine omnium conqueruntur, qui ipse redemp-
turus Israël sint frustrati magistro e vita sublato. Insuper
in sacris Litteris expresse appellantur tardi, qui Christi verba
non intelligunt. Luc 18, 31-34. Joan 14, 9. Marc 6, 52. 8, 17-18. —
Hic autem ignorantiae status neque post Christi resurrectionem
erat sublatus, etenim ante ascensionem adhuc a Christo quae-
runt, Act 1, 6.: „Domine, si in tempore hoc restitues regnum Is-

Israël: sed erant insuper et timidi Christo quidem adhaerentes, Jo. an. 6, 69. verbis enim multa promittentes. Joan 11, 16; Matth 26, 35. - actu autem pericula metuebant, et hominum timore erant capti, fugerunt nempe, cum caperetur magister, Matth 26, 26. - Petrus quidem pro maluo Jesone amputavit pueri auriculam Matth 26, 51. et Christum in atrium sequitur summi sacerdotis, at, tamen ibi, vel ab ancilla debili effecta (spaventata) Christi populatus magistrum negat timis quidem vicinus, 26, 29. Post mortem quidem Christi congregantur, at clausis januis, ut Joan exponesse 20, 19 ad dit: propter timorem Judaeorum. Hunc inveritis et timoris depositum Salomon statuit, in quo nequaquam erant apti regno divino introducendo, Jesus bene novit illum autem corrigendum ini per Spiritum sanctum, venturis verbis pronuntiavit Joan 14, 16-17, 15, 26. 17, 26. 16, 7. Luc 24, 49. Act 18, 9. qui introducturus sit Apostolos in omnem veritatem, quam modo nondum valeant capere, Joannes 14, 6. 16, 12. et qui pectus et fortitudinem illis sit indulturus, ut non habeant, quod timeant ante reges et pop. Vides ducti. Matth 10, 19-20. Promissis etenim fidit Christus Petr, decessit enim festo, cum ad mandatum Christi Act 22, loco eodem erant congregati decimo post resurrectionem die, factus est repente de coelo sonus, tanquam advenientis Spiritus vehementis, et repleverit totam domum, ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertita linguae tanquam ignis sedit, supra singulos eorum: et repleti sunt omnes Spiritu s. et coepere loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloquium illis." Hoc autem momento tabi, quanti alii sunt effecti: timidi enim illi paulo ante, depositio omni timore publice profitiuntur, sine hesitatione Judaeis crimen, quod in crucifixione Domini commiserunt, objiciunt. - Jesum innocentissimum filium Dei declarant, quem Deus a mortuis resuscitavit, Act 2, 22. et id quidem idem ille Petrus, qui paulo ante Dominum negaverat. Non populo tam rudi Christum annunciavit, sed

coram Synedrio quoq; illum confitentur. Act 4, 19-20. - omnia quoq; tormenta pro illo sustinere parati. Act 5, 41. porro jam non loquuntur de Messiæ regno terreno, de restituendo in antiquum externum splendorem regno Israël, sed intelligentes mysteria Dei et œconomiam ejus sima veritatis eloquuntur, regnum Christi non esse de hoc mundo, illum esse filium Dei, benedictum in æternum, in illoq; solo cunctarum hominum salutem æternam, quod historia Apostolorum sufficienter testatur. -

Accedit donum linguarum. audierunt enim Act. 2, 7-12. congregati ex diversissimis regionibus quisq; sua lingua eos loquentes. Hanc Apostolorum mutationem, quisq; paullum studio non abreptus, veri nominis miraculum dicet, utut enim homo, scientiæ alicujus ignarus institutione successiva mirum in modum proficere possit, utut timidioris animi caecutiendo pericula et labores facilentium vitare discat, utrumq; autem tempus longum et exercitium continuatum requirit, nec unico temporis momento perficitur; illa autem Apostolorum mutatio unico tempore simul et semel est absoluta. - tempus enim per breve 10 dierum inter ascensionem Christi et Spiritus Sancti missionem nemo sufficiens dixerit ad tantum opus perficiendum. Violaretur lex naturæ certa et fixa, secundum quam in cultura virium spiritualium non datur saltus, sed una idea ex altera evolvitur. Eodem modo res se habet, quod attinet donum linguarum, nec unius enim linguæ cognitio uno momento acquiritur, illa autem linguarum cognitio in Apostolis paullo ante Spiritus sancti effusionem non aderat, idem ipsi patentur, nam tanquam donum extraordinarium ipsi illud describunt. Act 2, 4. „Et coeperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis". Accedit, quod donum linguarum non solis Apostolis fuit concessum, sed passim et illis, qui primis Ecclesiæ temporibus in finem præclarum propagationis religionis christianæ Spiritum sanctum acceperunt, e.g. Act 10, 44-46. Ergo hæc mutatio Apostolorum miraculum juxta dicitur, per quod tota Ecclesia Christi in terris est fundata et adeo felicia capit incrementa, quæ historia Ecclesiæ exhibet, et quæ ex Part I 8 7.

continentur; veritas autem Religionis christianæ exinde, sicut ex aliis miraculis probatur. Christum esse, qui assumptus in cœlum hæc effecit, dicit Joan 16, 7. „Si non abiero, paracletus non veniet ad vos, si autem abiero, mittam eum ad vos.“ —

§27. Miraculum Conversionis Apostoli Pauli.

Restat, ut specialim de Apostoli Pauli miraculosa dicamus conversione, qui inter duodecim non fuit, dum Christus in terris versaretur, sed de cœlo est vocatus, quæ vocatio una cum effectu pariter veritatem religionis christianæ demonstrat. —

Fuit Paulus antea Saulus dictus tempore quo Stephanus lapidabatur adolescens, institutorum patrionum tenax, legem a primo colens, discipulus Jesus Gamalielis e secta Phariseorum. Hæc de se ipso Paulus profitebatur, Act 22, 3. Odio autem fervebat in Religionem christianam, quam legi avitæ contrariam intelligebat, præsertim etiam in lapidationem Stephani consensit, Act 7, 59. Custodiens insuper lapidantium vestimenta et eadem instrumentum ipsius lapidationis factus v. 57. Post cæsum pro Stephani sanguinem odio magis in christianos incensus Act. 9, 1-2., „spirans minarum et cædis in discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum et petiit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas, ut si quos invenisset hujus viæ (Religionis christianæ) viros et mulieres vinctos perduceret in Jerusalem.“ Sic sacro furore paucis consilium ejus crudele, et odio in Christum plenum enarrant, et ita paratus iter in Damascum instituit. Talis autem quantus, alius jam post paucos dies ex leone sæviente mutatus in agnum mansuetum, studiosissimus Christi Apostolus, dicens inter gentes prædicans regnum Dei, volens anathema esse pro fratribus propter Christum. Rom. 9, 3. publice professus in nullo alio esse salutem, nisi in nomine Jesu, sustinens omnes crudelissimas persecutiones pro Christo, quas ipse enarrat II Cor. 11, 23-33. „In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus

in moribus frequenter, a Sadqis quinquies quadragenas una minus
accepi: ter virgis caesus sum, semel lapidatus sum, ter naufra-
gium feci, nocte et die in profundo maris fui." etc. etc. Totum ejus
Actus Apostolorum, et ipsa ejus Epistolæ testantur. Sic persequu-
tor Religionis Christianæ infensissimus, factus est ejus defensor
acerrimus, Capite denique plenus Domo pro Christo. Hæc autem ejus
conversio uno facta est momento, sic enim rem enarrant SS. lit.
loco Act. IX. "Cum iter faceret, contigit ut appropinquaret Damasco
et subito circumfulsit eum lux de cœlo, et cadens in terram, audi-
vit vocem dicentem sibi: Saule! Saule! quid me persequeris, durum
est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupidus dixit:
Domine, quid me vis facere? etc. Sic tracta uno momento, ecce
Pauli voluntas, ad mandatum Christi civitatem ingreditur ductus
quia in veritatis confirmationem cæcus fuit factus ab illis, qui
eum impugnabantur, qui ipsi quidem vocem audientes neminem tamen
viderunt. — in Civitate Ananias quidam Christi discipulus cui
pariter illa Pauli conversio, de cœlo jam innotuerat, ad eum acce-
dit, et orantem invenit, per hunc visum recepit, baptizatur, et
Spiritu S. repletur, "et continuo" non ergo v. 20-21, post longum
tempus, in Synagogis prædicabat Jesum, quoniam hic est filius
Dei. Stupebant autem omnes, qui audiebant et dicebant:
Nonne hic est? qui expugnabat in Jerusalem eos, qui invoca-
bant nomen istud: et huc ad nos venit, ut vinctos illos duce-
ret ad Principes Sacerdotum." Hinc absolvitur historica con-
versionis Pauli; illam autem miraculum esse, sequentibus patet
ex rationibus:

1mo Quia tota illa stupenda mutatio simul, et semel uno mo-
mento est effecta. Velut hic idem, quod S. antecedenti de ejus
Nationum religionum mutatione diximus, et quidem eo ma-
gis, cum Paulus ante hanc mutationem religionem christi-
anam multo minus noverat, quam religiosi, imo contra illam
acerbissima mente ferebatur, impetu sane crudeli, nulla ergo
in Paulo ad hanc conversionem facta præparatio, potius

contrarios mente volvens conceptus, itineri esse accinxit, plene persuasus, Deo gratum opus, persequendo Christianos peragere, quod ipse dixit ad Agrippam Act. 26, 9: „Et ego quidem existimavi ram me adversus nomen Jesu Nazareni debere multa contraria agere". Aliis ejusmodi observationibus bene attentis, cadunt omnes hypotheses, quibus psychologice illam conversionem explicare niuntur adversarii. — Insuper:

2do Illa conversio ab ipso Paulo, tamquam miraculum declarative, proposita in primis coram Agrippa Act 26, 9–20, ubi solam suam conversionem narrat, sicut narratur Act 9. minima adjuncta exponit, tempus accurate determinat, et affirmat, eum de coelo delapsum, hebraico sermone esse usum et v. 19. coelestem visionem appellat, cui incredulus non fuit. Pari. der II. Cor. 4, 6. ubi illuminationem suam, cum lucis creatione confert, dicens: „Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei." —

3tio Omnem suam vocationem, dignitatem Apostolicam et Doctrinam ad Christum immediate refert respectu habito ad hanc vocationem coelestem, cum alia vocatio ipsi non contigerit, Gal 1, 1. „Paulus Apostolus, non ab hominibus neq. per hominem, sed per Jesum Christum, et Deum Patrem". Rom 1, 1. „Paulus servus Dei Jesu Christi, vocatus Apostolus." v. 5., per quem Jesum Christum accepimus gratiam et Apostolatum." 1. Cor 11, 23. „Ego enim accepi a Domino, quod et tradidi vobis." Exposui denique sacro sancto Eucharistiæ institutionem, cui non interfuit, quam autem quia a Christo repetit, ex immediata revelatione repetit; insuper expresse omnem humanam institutionem excludit, ad Gal. 1, 11–12. „Notum enim vobis facio, Evangelium, quod evangelizatum est a me, quia non est secundum hominem, neq. enim ego ab homine accepi illud, neq. didici, sed per Revelationem Jesu Christi" v. 17. „neq. veni Jerosolymam ad antecessores meos Apostolos, sed abii in Arabiam, et iterum reversus sum Damascum."

/.

Cum jam Paulus ipse optime scire debebat, quaenam in ipso muta-
tiones contigerint, modumq; quo evenerint, patet, de vera visione
coelesti, adeoq; de vero miraculo illa omnia esse intelligenda, prae-
cipue cum:

4to Paulus in hisce referendis fide dignissimus sit, vitq; enim ejus pro-
bitas et sinceritas; cubicia in omnibus, quae egit, mens, legenti e-
pistolas ejus omnes et Orationes, quas diversis in occasionibus ha-
buit, abunde patet; - pariter de cultura intellectuali ejus in schola
Gamalielis educati, nullum esse potest dubium, quod vel ex aculis
conclusionibus, profanarum artium scientia, de quibus omnibus
plura docet Introductio in V.T. libros, innotescit, ut adeo, om-
nis phantasiae vivacionis vel. cultis minus proclo suspicio exclu-
datur. —

Extra omnem autem disputationem collocatur: pro miraculo, quod
patraverit, Act 13, 11, ubi Magum Elimam excaecavit - 14, 9, claudum ex
utero matris in conspectu Lystrensium sanavit; - 16, 18; spi-
ritum immundum ex puella ejecit - 20, 9; juvenem Eutichum
etc. - Ex his ergo patet veri nominis miraculum esse illam
Dei: Pauli conversionem, quae in fide multum confirmamur eo,
quod omnes hypotheses, quibus eam naturaliter explicare nituntur
adversarii, sunt contortae, historiae repugnant, et nequaquam
explicant de quo praecipue quaeritur: Paulus e crudeli per-
secutione religionis christianae Apostolus talis et tantus
Spiritus in illam hypothesim, secundum quam dubia volve-
rit mente, itineri sese accingens, num bonum caeperit con-
silium? in fulgure autem et lumine cantesim exortis, mani-
festum Dei contineri crediderit, ut ab coeptis desistat. - valent om-
nia quae in disciplina hermeneutica, contra mysticam expo-
sitionem dicta sunt; - omni autem fundamento est destituta,
quoniam in textu, de dubiis qualibuscunq; non est sermo,
Paulus ipse Paulus testatur optimam jam et firmam
persuasionem loco citato; tempestati autem repugnat /.

vos inaudiverunt articulata, quae, ut ipse Paulus fatetur, hebraico sermone usa est, porro et id quod comites audierint vocem, simul autem expresse notatum sit: illos neminem vidisse, quod fane superflue notatum fuisset, si vel a longe de tempestate cogitassent, et similia. – Miraculum hoc, sicut illud § antecedente declaratum, gravissimum finem habuisse, facile patet, cum habilitas Apostolorum, ad grave Apostolatus munus inde deprehenderit, Paulus autem specialiter vocatus fuerit Apostolus gentium, Act 9, 15-16. – Ecclesia autem Christi, ut demonstrabimus, tota superaedificata sit super fundamentum Apostolorum et Prophetarum, ipso summo lapide angulari Jesu Christo Eph 2, 20. Specialem ex hoc conversionis Pauli miraculo, veritatem Religionis Christianae probari patet, quia Christus de Coelo, per illud Religionem hanc suam declaravit, seseque omnipotentem exhibuit, cujus potestati neque saeviens voluntas humana resistere potest. Sic testimonium Jesu de se, et sua doctrina objective verum esse invicte probavimus ex miraculis, sed eodem modo probatur ex Vaticiniis sequ. – – –

§ 28. Ex Vaticiniis Christi

In triplicem classem dividuntur Vaticinia, quae Christus edidit.
ad I. referimus ea, quae ejus personam, –
ad II. quae fata et Religionis et Ecclesiae,
ad III, quae fata urbis, templi et populi judaici concernunt. –

§ 29. I. Vaticinia quae Christus edidit de sua persona.

Praedixit scil. Christus 1mo mortem suam et speciem ejus, Matth 20, 18-19. „Ecce ascendimus Jerosolymam, et filius hominis tradetur principibus sacerdotum, ad flagellandum et crucifigendum et tertio, et condemnabunt eum morte, et tra-

et traderent eum Gentibus ad illudendum, et flagellandum, et crucifigendum!" – Marc 10, 33. Luc 18, 31. Ioan 3, 14. „Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis." – 12, 32. „Et ego, si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum": i.e. me Religio incrementa capiet. – quibus verbis addit Evangelista: „Hoc autem dicebat, significans, qua morte esset moriturus." – provocans scil. Christus ad typum Num 21, 69. indicat mortis sue speciem, exaltationem in cruce. –

2do Prædixit Passionis sue fulure adjuncta, eg. Iudam proditorem, Matth 21, 21-25. Marc 14, 18. Luc 22, 21-23. Ioan 13, 18. – discipulos fugam capturos Matth 26, 21. – Petrum ter negaturum, antequam Gallus bis cantet, Matth 26, 33-35. Marc 14, 30. Luc 22, 34. Ioan 13, 38.

3tio Prædixit suam quasi mortem tertio die resurrectionem, Matth 20, 19. „Et tertia die resurget." Marc 14, 28. „Sed postquam surrexero, præcedam vos in Galilæam." Matth 12, 40. „Sicut enim fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus et tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus et tribus noctibus." Marc 8, 31. 9-20. 10, 34. 14, 28. Luc 9, 22. 18, 33. 24, 7. Hæc omnia etiam evenisse, prædi Christus ea prædixerat ex mysteria Salvatoris certum e. Etenim legimus eum prædictum a Iuda, Matth 26, 47-50. Marc 14, 43. Luc 22, 47. Ioan 18, 3. relictum a discipulis dum caperetur, Matth 26, 56. negatum ter a Petro, Matth 26, 69-75. Luc 22, 55-60. Ioan 18, 17-25. captum et flagellatum Matth 27, 27. Marc 25, 16. Ioan 19, 1. Cruci affixum, – resurgentem tertia die, locis 824 citatis. Esse autem illa omnia antea a Salvatore dicta, quam evenerant, quamvis Evangelia post eventum fuit conscripta, sedulo e Codice Evangelistarum sedulo notus et demonstratus. Ea porro non humana sagacitate a Christo esse prævisa intelligitur, quia, eius divinum Prævisorem scieverit, exinde mortis, et quidem minime coronede, Cru-

crucifixionis scil. speciem, nequaquam colligere poterat, religua autem, una cum hac mortis specie a libertate humana pendebant. Resurrectionis autem spem, multo minus certitudinem, ne audacissimus quidem homo concipere potuit. —
In proferendis hisce vaticiniis sicuti Christum semper usum esse patet, loca citata legenti. —

§30. B. Vaticinia, quae fata et Religionis et Ecclesiae spectant.

Hoc respectu Christus praedixit: 1mo Apostolos ad munus sum aples reddidum iri per effundendum super eos Spiritum sanct. Joan 16, 12-23. „Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem." — Act. 1, 8. „Sed accipietis virtutem superveniendis Spiritus Sancti in vos, et eritis mihi testes in Jerusalem, et omni Judaea et Samaria, et usq. ad ultimum terrae." —

2do Ethnicos convocandos esse ad Religionem Christianam, et Ecclesiam propagandam esse ad omnes gentes Joan 10, 16. „Et alias oves habeo quae non sunt ex hoc ovili; et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile, et unus Pastor." — Sub ovibus aliis intelligit Christus Gentiles in oppositione cum Judaeis, ad quos loquitur. Matth 8, 9-10. Christus fidem Centurionis videns dicit: „Non inveni tam fidem in Israël. Dico autem vobis, quod multi ab oriente et occidente venient, et recumbent cum Abrahamo, et Isaac et Jacob in regno Coelorum, i.e. extraneos, non tam Judaeos venturos esse in Christi regnum, ibiq. felicitate potituros, quod ex more Judaeorum per imaginem convivii repraesentat. idem dicit. Luc 13, 29. Matth 21, 43. 24, 14. „Et praedicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus." — Porro Luc 24, 46. Act 1, 8. — Hisce in locis Christus propagationem Religionis

ad ipsum Ab. convertenti

et tunc ne intel cum ma lio

suq ad omnes populos clare prædixit. Huc pertinet parabola Matth 13, 31. conferit scil. ecclesiam suam Christus cum grano sinapis, quod etiamsi minimum sit omnium, tamen, postquam adolevit, maximum fit olerum, et in arboris magnitudinem excrescit; porro cum fermento, cujus pauca quantitas magnam farinæ massam fermentat, – Sic dicit fore, ut a paucis initiis ecclesia maxima capiat incrementa, et late diffundatur in universo orbe. –

3tio Prædixit ecclesiam suam duraturam esse usq ad finem sæculorum, Matth 16, 18. „Portæ inferi non prævalebunt adversus eam." i.e. nulla, neq infensissima vis destituet ecclesiam meam." – 28, 20. „Et ecce ego vobiscum sum usq ad consummationem sæculi." –

Hæc sicut Christus prædixit, eventum habuerunt, pars eorum quotidie pergit adimpleri; etenim quod Nro 1m attinet, cumplementum demonstravimus 826. quod attinet Nro 2m de celeritate propagatam esse Religionem Christi, et per illam idolatriam esse sublatam; quod autem ad illos attinet, qui Christum nondum agnoscunt, scimus in dies plures ad Christum converti; quod historia ecclesiastica in sæculis de missionibus ad populos exteros demonstrat. Cur autem successive convertantur? patet in eo sita est, quia Christus pro infinita sua sapientia ad propagationem religionis suæ humanæ prædicationis medio utitur, ex quo sequitur, hoc pacto, omnium prædictum tantum adimpleri posse. – Quod autem Prum 3m attinet ecclesia Christi per octodecim sæcula inter gravissima interna et externa impedimenta stat salva, et incolumis, cujus demonstratio unicum objectum solius historiæ ecclesiasticæ est. – et experientia recentis temporis testatur: illam pravam et splendidam, ex periculosissimis procellis prodisse, –

quod factum è hucusq. — Speramus fore, ad finem usq. seculorum. Cum prorsus nihil sit, quod contrarium opinari, vl. a longe possimus, sane ea, quæ jam adimpleta sunt sicut miracula Christi nobis pignus certissimum sunt, certe adimplendorum, quæ reliqua sunt. Ea autem omnia sagacitate humana prævideri non poterant — primum enim a sola causalitate divina pendebat, in præscientiam ergo humanam nullo modo cadit, sed neq. secundum, et secundum, nam ubi Gentium religio collapsa fuit, deprehenderetur a sophis, et novus ordo rerum decideraretur tempore Christi, nemo tamen hominum vl. e longe suspicari potuisset: religionem crucis, quæ scandalo esset Judæis, et stultitiæ videbatur Gentilibus, illos, quos admiramur effectus producturam fuisse, præcipue, si attendamus, Christum ea firma certitudine sunè jam prædixisse, cum et sortes Apostolorum, reliqua adjuncta omnia, et ignominiosa, insolans salvatoris mors præ se contrarium indigitare videbantur. perduraturam autem æternam is dem prævidere poterat, qui potentissima mundi fata hominum dirigit, cui neq. effrenata hominum libertas resistere potest. —

Homo enim ex analogia religionum systhematum religiosorum opinari debuisset: habuisse ipsam religionem aliquamdiu locum deinde esse cessuram novo systhemati, et tanquam factum, quod contigit aliquando, in memoriam tantum hominum venturam. —

§31. C. Vaticinia,

de fato urbis, Templi et populi judaici.

Legitur celeberrimum hoc in minimis suis circumstantiis prædictum Vaticinium Matth 24, 1-41. Luc 19, 41-44. et 22, 20-36. Concernit autem urbis sanctæ et templi excidium, misera jam sortem populi quondam electi, et sequentibus absolvitur punctis: —

1mo Prædixit Christus, quæ ipsam eversionem præcessura essent, nempe: „erunt turbulentæ seditiones, exurgent falsi Messiæ, grassabitur pestis et fames, eruntq terræ motus, in locis Matth 24, 5-8. „Multi enim venient in nomine meo, dicentes: ego sum Christus, et multos seducent. Audituri enim estis proelia et opiniones proeliorum. Videte, ne turbemini, oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis, consurget enim gens in gentem, et regnum in regnum, et erunt pestilentiæ et fames, et terræ motus per loca – i. e. variis in locis. – „Hæc autem omnia initia sunt dolorum!" –

2do Tempus accuratius determinat eo, quæ prædicit, viventibus adhuc multis ex hac generatione excidium futurum, antea autem prædicatum in Evangelium per orbem Matth 24, 34. „Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc donec omnia hæc fiant" v. 14. „et prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus, et tunc veniet consummatio." –

3tio Ierosolima obsidione cingetur, incolæ ad extremas angustias redigentur, pars gladio peribit, pars captiva abducetur, urbs una cum Templo funditus everletur." Luc 19, 43 sqq.: „Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo, et circumdabunt te et coangustabunt te undique, et ad terram prosternent te, et filios tuos, qui in te sunt, et non relinquent in te lapidem super lapidem eo, quod non cognoveris tempus visitationis tuæ." i. e. tempus oblatæ tibi per me salutis, 21, 21. tunc, qui in Judæa sunt, fugiant ad montes, et qui in medio ejus, discedant, et qui in regionibus, non intrent in eam. – Væ autem prægnantibus et nutrientibus in illis diebus, erit enim pressura magna super terram et ira populo huic. Et cadent in ore gladii, et captivi ducentur in omnes gentes, et Jerusalem conculcabitur a gentibus." –

4to: Misera hæc vobis et populi conditio duravit usq; in finem seculorum, loco citato enim: „et captivi ducentur in omnes gentes et Jerusalem calcabitur a Gentibus," subdit Christus: „Donec impleantur tempora nationum" i.e. donec condemnatio gentis adveniat, manebit populus captivus, et urbs misera. — Veritas hujus Vaticinii ex omni respectu facile probatur, imprimis cj. Christus verbis non obscuris et flexiloquis, sed firmis id pronunciavit, addens insuper in veritatis confirmationem Matth 24, 35: „Coelum et terra pertransibunt, verba autem mea non præteribunt." i.e. firmius quam coelum et terra stabit veritas verborum meorum: bj. Dubium nullum e Vaticinium, antequam completum est, esse litteris consignatum, – ex Introductione N. T. libros constat, Matthæum et Lucam ante excidium Hierosolymorum Evangelia sua conscripsisse. cj. In minimis suis circumstantiis e adimpletum, quod historia profana, nominatim Josephus Flavius testatur. Narrat autem hic in libro de bello Judaico: aj. Excidium Hierosolymorum præcessisse seditiones turbulentas imprimis Cæsarq tempore Neronis, qui incolas jure civitatis privabat. Procuratore Floro gentilis quidam Cæsarq Synagogæ aditum præcludens, domum erat extructurus, quod ægre ferebant Judæi, Floro acto talenta offerunt, qui ædificationem prohibeat, promittit procurator, sed promissis non stat. Altera die gentilibus in conspectu Synagogæ boves in Deorum honorem immolantibus ira Judæorum exacerbescit, præcipue, cum Florus legatos id nunciaturos misericordiæ inclusisset, quo facto ipsi Hierosolymitani vehementer exasperati sunt, præcipue cum Florus insuper septem decim talenta ex templi thesauro pro imperatore postulavit. seditionem movent incolæ Hierosolymæ, copias admovet urbi Florus, et tria millia Judæorum occidit ipse Rex Agrippa lapidibus impeditur, palatium ejus accenditur, expugnatur arx Antonina, Romani a Judæis occiduntur, quo facto reliqui fugitivi circumagantur, urbes et agros devastantes; Alexan-

Alexandriq quoq; fere quinquaginta millia hominum occisa, eccè! sq
dictiones, et opiniones proeliorum, de quibus dixit Christus, quæ
præludia erant cladis gravioris.
Insuper falsi Messiæ exsurgebant tunc temporis plures; de duo-
bus nominatis Theodas, et Judas Galilæus in ipsis actibus A-
postolorum 5, 36-37. sermo occurrit. id idem testatur Josephus, præ-
cipue de uno, qui in Samaria multos seducebat. Pariter cum
Procuratoribus Phado et Felice. Famem porro grassabatur impe-
rante Claudio Romæ, anno imperii secundo, in Palestina Act 11, 28. ie. Sabbatici septi
anno quarto Claudii; – in Græcia anno nono; – Romæ iterum an-
no undecimo ingens fames. – Porro in ipsis Hierosolymis tempore
obsidionis ita, ut teste Josepho stercora, et quidquid deglutiri
potuit, comederent. Pestis pariter teste Josepho: – „fame et pe-
ste in sola Judæa sexcentena millia hominum moriebantur; –
porro, teste Tacito: Annalium lib 15mo post Christum 66to anno, ergo
circa tempora excidii pestis in Italia grassabatur. anno 63tio
terræ-motus erat in Campania; scimus enim tunc temporis
Pompeji et Herculanum periisse; – porro Hierosolymis cum Ro-
manis prope urbem castra ponerent. Hæc initia dolorum, de
quibus Christus loquutus est. Vj. Viventibus adhuc multis ex
Christi coævis, hæc, et ipsum excidium contigisse, certum est,
eversa est enim Hierosolyma fere 37mo post Christi mortem an-
no. Insuper tunc temporis Evangelium jam in orbe Romano
annunciatum erat, cum Apostoli statim post Jacobi, necem
diffunderentur in orbem, et ut demonstravimus avide homines
acciperent doctrinam Christi. et Paulus præcipue cum ingenti fruc-
tu in orbe Romano Evangelium prædicavit. vj. Sed et reliqua
adamussim prædictionis exsecrant. Judæi scil. jugum Romanorum
infelici, ac melioris sapientum consilio spernente pertinacia ex-
cutere volentes, ad internecinum bellum illos lacessabant. A Tito
cingitur urbs Jerusalem, vallo circumdato, Luc 19, 43; – tota patio

ibi, ad celebrandum Paschalis festum congregata, intercipiuntur, et in tales angustias redigitur; - quæ apud Josephum testem oculatum sine horrore legi non possunt. - asserit autem: de bello judaico lib. VI. cap 9., tempore obsidionis, gladio, fame et peste periisse, undecies centena millia, captiva autem esse nonaginta septem millia. Titus quidem ducum mansuetissimus urbi saltem, et templo parcere vult, sed obstinatione obsessorum inaudita, non permittitur, imo in urbe jam capta studiosissime, enititur, ut saltem templum totius fere orbis reverentia celebre servetur, sed hominum vix, non sunt Dei vix, imperium Titi unus militum non exaudivit Sed velut occulto numine pulsus, fenestram templi ascendit, facem unicam accensam injicit, quo facto ignis repente inde exardens ita grassabur, et totum ædificium consumit, ut nulla industria extingui potuerit. - Sic urbs et templum funditus eversa sunt, nec lapis relictus super lapidem. Sed Quoda[m] dem dispersionem Judæorum, et perdurantem eorum, et urbis sanctæ miserum statum attinet, Vaticinium Christi adhuc impleri pergit. Sine exemplo enim Judæi soli non permixti cum aliis nationibus circumvagantur sine templo, sine rege, sine sacrificiis. Perierunt antiqui Græci, Romani, Medi, qui toties Judæos vicerant; soli Judæi victoribus suis omnibus proter[e]rierunt. Sic sane crucifixionis scelus in fronte gerunt, neque urbs eorum iterum ædificata et splendori suo restituta, quam, vis id tentaretur, imo historia ecclesiastica teste, cum sub imperio Juliano Apostata templum ædificare coepissent, divinis prodigiis prohibiti sunt. - Sic verbum Dei stat æternum. Christus autem humana sagacitate ea providere non potuit, quis enim scivisset Judæos ad seditiones contra Romanos pronos esse, quando autem, quo effectu, quibus sub circumstantiis et adjunctis illa futura sint, quæ omnia a libertate duorum magnorum populorum et Principum pendebant,

nemo hominum prospexire potuit, prospicique eum ea quae fierent de eundum praedictionem Jesu Christi, quamvis Romani et Judaei contrarium contenderent. Sic divina Christi legatio et objectiva Religionis ejus veritas probata est ex Vaticiniis ejus. —

§32 Totius Conclusio et Momentum

Hisce probavimus Religionis Christianae objectivam veritatem. Summa quidem cum lineamenta dare poteramus, speditissimus est enim hujus demonstrationis campus; attamen sufficientia sunt, quae cuiq. partium studio non deducta, persuadeant, Religionem Christianam non cum omnibus, quotquot excogitarunt et excudunt Religionibus, scholis philosophicis, et systematibus esse contemnendam, sed illam unice esse veram, utpote progua testimonium Dei certissimum pugnat. Hic autem nos excusant I^mo. Ut studium hoc apologeticum omnibus viribus continuemus, ne unquam nobis arma desint, quibus eam a temporum malignis insultibus, defendamus, monent autem II^do. Ut omnia impedimenta, quae persuasioni religionis obstare possent diligenter a nobis removeamus, quae propter semper cordis pauvitati, sed et humilitati studeamus, quoniam scimus beatos praedicari a Christo, qui mundo corde sunt, quoniam ipsi Deum videbunt." — Matth. 5. 8. — „ superbis autem resistit Deus, humilibus vero dat gratiam." Jacob 4, 6. Quapropter oremus semper ardenti corde, ut spiritum bonum, qui est fons omnis illuminationis et virtutis tribuat Deus, quem promisit potentibus." Luc 11, 13. —

Appendix

Veritas Religionis Antiqui Foederis.

§33. Nexus et Momentum.

Veritatem Religionis Christianae hucusq. demonstravimus, non au-

non autem inopinate, et quasi de repente Pater Filium unigenitum in terras misit, sed longa preparatione ad eum in Religione, et tota constitutione populi Israëlitici facta; investigandum ergo et quo fundamento ipsum hoc assertum divino antiqui testamenti Originis, et finis illius preparationis mirabilem, habet hem hoc demonstratio grave suum momentum, sine ilta enim partem unam eorum ignoraremus, quæ Deus optimus hominum salvandorum causa fecit. In antiqua porro oeconomia Vaticinia reperiuntur, quo Messiam, Ejusq. ecclesiam concernunt, quo tanti fecit Christus ipse, deniq. antiqua hoc oeconomia ex parte etiam fontem constituit disciplinæ nostræ: sufficientes datæ rationes, ex quibus sequens demonstratio est instituenda? —

§34. Methodus demonstrationis.

Duplex datur methodus, qua demonstretur antiquum foedus immediate, nili Revelatione divina, una scil. eodem modo procedit, quo processimus in demonstranda veritate Religionis Christianæ et ex argumentis internis aeq. externis demonstrat: divinam Moysis et Prophetarum auctoritatem promissa, aut theritia, integritate et fide dignitate librorum Vt. — Tuse adhibita est hoc methodus in ipso studio biblico AT. et nimis longa, quare etiam Nobis nus hic loci eam breviorem, attamen certissimam — constat autem sequenti demonstratione: „Quidquid legatus vere divinus ad religionem pertinens suo assensu probat, verum et divinum declarat; — verum et divinum reapse est, nostrum porro assensum postulat: Atqui Christus et Apostoli, quorum divinam probavimus missionem, totam oeconomiam antiquam ad Deum referunt auctorem; — ergo illa vere divina est. Major hujus demonstrationis evidens est, et probatione non eget; latet enim veritas ejus in ipso conceptu legati divini; — minorem autem sequentibus probamus: —

§35. Testimonium Jesu et Apostolorum desuper.

Testimonium Jesu et Apostolorum de divina oeconomiq antiq, quae origine ad sequentia fere puncta:

I. Christus et Apostoli legem mosaicam et foedus mosaicum immediate a Deo profecta declarant; - Matth 15, 3-4. dicit Christus: „Quare et vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram." „Nam Deus dixit: Honora Patrem et Matrem. Et qui maledixerit Patri v. Matri, morte moriatur" v. 6. Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram." Continentur autem illa mandata, quae Dei mandata dicit Exod. 20, 7. 21, 17. - Idem dicit Marc 7, 9-10. Quapropter ex eqnio jubet hanc legem adolescentem, qui ab illo quaerebat, quid faciendo, vitam aeternam consequi possit? Luc 10, 26. respondens: „In lege, quid scriptum est? quomodo legis?" v. 28. „Recte respondisti, hoc fac et vives." - Similiter Apostoli I Cor 9, 8-9. dicit Paulus: „Numquid secundum hominem haec dico? An et lex haec non dicit? - Scriptum est enim in lege Moysis: „Non alligabis os bovi trituranti." Deut. 25, 4. Eo, quod secundum hominem dicere - opponit legi Moysis aperte legem humanam declarat. Una omnia comprehendit Petrus, dum Act 3, 25. ad Judaeos dicit: „Vos estis filii Prophetarum et testamenti, quod disposuit Deus ad Patres nostros dicens ad Abraham: Et in semine tuo benedicentur omnes familiae terrae" qui, deus verbis omnia, quae in antiquo foedere disposita erant, ad Deum referl auctorem. —

II. Totam historiam populi Israelitici, etiam illam, quam Moyses de origine generis humani et de actis ante Legislationem conscripsit, habent sacrissimam et facta populi omnia immediate ad Deum referunt, Matth 22, 31-32. dicit Christus: „De resurrectione mortuorum non legistis, quod dictum est a Deo dicente vobis: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob."

Matth. 19, 14. „Non legistis, quia, qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam fecit eos, – 24, 37–39. „Sicut autem in diebus Noë: ita erit et adventus filii hominis; sicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes et bibentes, nubentes et nuptui tradentes usq ad eum diem, quo intravit Noë in arcam, et non cognoverunt donec venit diluvium, et tulit omnes: ita erit et adventus filii hominis." – Provocat porro Christus ad historiam in deserto exaltati per Mosen serpentis, Joan. 3, 14. – ad historiam Jonæ, Matth 12, 40. – ad historiam Eliæ, Matth 17, 11. – ad historiam Prophetarum in genere, dicens Luc 11, 50. „Ut inquiratur sanguis omnium Prophetarum, a sanguine Abel justi usq ad sanguinem Zachariæ, quem occidistis inter templum et altare." – Eodem modo omnem hanc historiam veram esse dicunt Apostoli I. Tim. 2, 13. Paulus provocat ad historiam Protoparentum, eamque adducit, sicuti Moyses illam enarrat, dicens: „Adam enim primus formatus est, deinde Eva!" Pariter ad historiam primi peccati v. 14. „Et Adam non est seductus, mulier autem seducta, in prævaricatione fuit." – II. Cor. 11, 3. provocat ad seductionem serpentis, – I. Cor. 10, 1. ad transitum per mare rubrum – v. 3. et 4. ad manna, quod comedere Israelitæ in deserto, et ad aquam, quam ex Petra dedit Moyses. Porro in sola Epistol. ad Hebræos ad sacerdotium Leviticum, et sacrificia per Deum immediate ordinata, nominatim laudans fidem in divina promissa cap 11mo fere omnem percurrit historiam Patriarcharum: Moysis, Josuæ, Judicum et Regum. – Similiter Petrus I. Epist. 3, 20. adducit historiam Noë et diluvii, Act 3, 25. Pilato Nro 1. omne fœdus antiquum quod solum historiæ superstructum erat, divinum appellat, et Stephanus Act 7. talem in eo est, ut historiæ sacræ demonstret veritatem. ——

III. Christus et Apostoli Doctrinarum suarum coelestes proba-
tionis tam ex lege, quam ex historia Israelitarum repetunt.
Prostat id Christus locis citatis VTis 1. exprobrans Pharisaeis, quod
per traditiones humanas legem Dei obfuscent contra Eadem Matth.
22, 31. citato, probans resurrectionem. Pariter Apostoli. —
Nota. Hi duo numeri, sicut veritatem historiae sacrae V. T. pro-
bant: sic et praecipuum argumentum constituunt, cum Chri-
stus et Apostoli optime scire debuerint, quomodo in sacris litte-
ris narrata sint capienda - contra mysticam hujus historiae ex-
positionem. -
IV. Christus et Apostoli veras prophetias in V. T. easq in Messia
adimpletas inesse dicunt, ut in genere Spiritu Dei inspirante
locutos esse sanctos antiquos prophetas; quae Jesus hoc respectu
effatus est, citavimus supervius §12. II. P. Nro 2do Joan 5, 39.
„Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam ae-
ternam habere, et illae sunt, quae testimonium perhibent de
me." v. 46. „Si enim credideritis Moysi, credideritis forsitan et
mihi, de me enim ille scripsit." Luc 24, 27. „Et incipiens
a Moyse, et omnibus prophetis, interpretabatur illis in om-
nibus scripturis, quae de ipso erant." - Id ipsum dicunt quoq
Apostoli Act 26, 22. „Auxilio autem adjutus Dei usq in ho-
diernum diem sto, testificans minori, atq majori, i. e. om-
nibus hominibus - nihil extra i. e. nihil aliud, - dicens, quam
ea, quae vates praedixerant futura esse et Moyses." - Pau-
lus coram Agrippa propter Christi doctrinam, quam praq
dicaverat, sese defendit, dicit ergo diserte, illam praedictam
esse in vaticiniis V. T. Act 3, 18. dicit Petrus: „Deus au-
tem quae praenunciavit per os omnium prophetarum,
pati Christum suum, sic implevit." Pariter versu 21. inve-
niens complementum vaticiniorum in Christo II. Petr 1, 20-21.
„Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia scrip-

scripturæ propria interpretatione non fit, non enim voluntate humana allata est aliquando Prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines." - Sensus est: Prophetiones scripturæ nemo irritas reddere potest, quoniam non studio humano, sed per Spiritum - divinum editæ sunt illæ. Denique huc pertinent omnia loca, ubi Evangelistæ et Apostoli in epistolis suis speciatim Vaticinia V. T. eorumque in Christo complementum adducunt, quod frequenter faciunt, ut legenti scripturam patet. —

V. Omnem complexum librorum sacrorum V. T. quos ad Deum referunt, et per Dei auxilium scriptos esse ediderunt. Locus classicus est in epistol 2 ad Timoth. 3, 13-17: „Mali autem homines et seductores proficient in pejus: errantes et in errorem mittentes. Tu vero permane in iis, quæ didicisti et credita sunt tibi: sciens a quo didiceris et quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Jesu. Omnis scriptura divinitus inspirata καὶ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus." Apostolus Timotheum a falsis doctoribus cavendum esse docet, et exhortatur, ut permaneat in iis, quæ didicerit ex institutione Apostolica. - Ad hoc illum excitat duplici argumento, nempe a) quia sua auctoritas Apostolorum omnino talis est, cui tuto acquiescere possit, quod ineat verbis: „sciens a quo didiceris." quia porro: b) Sacros Judæorum libros habet, qui eum salutem docere possint veram, quæ obtinetur per fiduciam in Jesum Christum. - Auctoritatem autem horum librorum ex eo petit, quod sint θεόπνευστοι i. e. Spiritus S. auctoritate conscripti. - Apostolum sub S. literis intelligere scripta,

scripta V.T. certum est, cum hunc temporis collectio librorum N.T. nondum erat confecta, et Timotheus a matre Judea natus Act. 16. non alios libros ab infantia nosse habere poterat, quam Judaeorum libros Sros; quod autem attinet variantem lectionem pro, ser Hai, quod Vulgata omittit, sensus prodit in ultraq; lectione idem, si enim legitur cum graeco textu: Omnis scriptura divinitus inspirata et utilis est etc. subjectum: „omnis scriptura" referitur ad ipsam collectionem librorum V.T. et sensus planus est: — si autem omittatur Hai, propositio hoc consti, tuit majorem argumentationis syllogisticae, cujus minorem ut saepius facit Paulus, silet, quia facile subintelligitur hoc sensu. Omnis scriptura divino auxilio consecripta, utilis est etc. atqui scripta Judaeorum sunt divinitus inspirata, ergo uti, lia sunt — et hu in illa persiste, et sensus e idem, scil. Judaeorum libros ad Deum Auctorem esse referendos. In his consistit testimonium Jesu et Apostolorum de divina V.T. auctoritate. —

§36. Revelatio Vet. Foed. erat tantum propaaratoria

Religio ergo Christiana, et Religio V.T. Deum, immediatum auctorem habet, quaeritur proinde: I. quomodo unum divinum institutum ad alterum se habeat? II. Quid de priori remanserit introducto secundo? Habent et hae quaestiones magnum momentum, ab illis enim pendet omne judicium, quod de pretio V.T. pro nobis est ferendum, deinde autem, qualenus illud pars Theologiae Dogmaticae dici oporteat. Ad hanc quod priorem quaestionem attinet dicimus antiquum Testamentum ad novum se habere sicuti praeparationem ad complementum, id. patet ex verbis Jesu, et Apostolorum brevissima

via inferimus?:

1mo Dicunt autem illud directe et indirecte. – Indirecte eo quod primo adverunt totum V. T. carere in suis prophetiis et typis Messiam, – qui advenit in oeconomia N. T, locis quidem citatis, qui quo imperfecta erant, perfectivus est, v. propparationem, qualis erat V. T. completivus est. –

2do Dicunt plenariam expiationem peccatorum cum Deo in V. T. non esse factam, sed eam contigisse demum per Christum, antiquum tamen foedus per figuras Redemptionem prosignificasse: ad Hebr. 7, 11. „Si ergo consummatio i.e. perfecta expiatio – per Sacerdotium levi-ticum erat, quid adhuc necessarium erat secundum ordinem Mel-chisedech, alium surgere Sacerdotem, et non secundum ordinem Aaron dici?" Paulus sic argumentatur: Sacerdotium A. T. a Deo quidem erat institutum, – si illud jam perfectam expiationem per sacri-ficia sua, generi humano adferre potuisset, mansisset aternum, et non opus fuisset ordinem a Deo ipso constitutum mutari, et alium sacerdotem, secundum alium ordinem non leviticum, scil. Christum sacerdotem, secundum ordinem Melchisedech excitare. – Addit Apostolus simul causam cur A. Foedus perfectam expia-tionem adferre non poterit, v. 28. „Lex enim – Mosis – homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem juris-jurandi, qui post legem est – novum scil. Testamentum – Filium in aternum perfectum." i.e. perfectam expiationem adferre illi potest sanctissimus Mediator Filius Dei, non vero homines infir-mi, quod uberius exponit v. 26-27. – Idem thema ad Gall. 3, 11. tra-tat, collato cum v. 16. Interim tamen nemo putet Paulum pecca-mam antiquam quoad hoc punctum superfluam habuisse, sed in ipsa hac epistola per typos et figuras, Deke scil. in pec-tuum Messiam propparasse homines diserte dicit Hebr. 9 et 11. in quibus figuris et typis propparatio ad futuram expiationem constabat.

3tio dicunt antiquam oeconomiam in genere non perfectam fuisse perficiendam autem per Christum, Matth 5, 17. dicit Christus: „Nolite putare, quia veni solvere legem, non veni solvere, sed adimplere" i.e. perfecta reddere praecepta per Moysen data, quae quidem abroganda non sint ex integro, multum tamen perficienda. Id ipsum facit, dum Matth 19, consortium matrimoniale, ad originalem puritatem reducit, expresse monens: Moysen ob cordis dum duriciem ad tempus dum vinculsisse dare libellum repudii, et ad novas nuptias transire, quod autem cessabit in nova oeconomia, - pariter Matth 5, ubi legi Mosaicae sua nova perfectiora praecepta opponit, dicens: „Ego autem dico vobis" v. 28, 32. 34, 39, 44. - Similiter cum Joan 4. in colloquio cum muliere samaritana: „Tempus adest - dicit, ubi neq. Hierosolymis dum, neque in monte Garizim Patrem adorabunt veri sint homines, sed in omni omnino loco in Spiritu et veritate." - Ex quibus pariter apparet antiquam legem et instituta Patriarchum dum fuisse longe perfectiorum vinculorum V. T. Dixerit autem illud ipsum dicunt, dum:

4to Dicunt totum antiq. foedus Pedagogum tantum hominum in infantili adhuc plane constitutorum, elementa, quae destinata fuerint parvulis, Christi autem apparitionem veritatem ipsam plenitudinem, - quod praesertim praecipue Paulus in Epist ad Gall. 3, 23-25. „Prius autem, quam veniret fides sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quae revelanda erat. - Itaque lex paedagogus noster fuit in Christo" i.e. usq; ad Christum - ut ex fide justificemur. Ut ubi venit fides, jam non sumus sub Paedagogo." -

Propterea et Nobis exhortatur Paulus, ne ad infirma elementa et servitutem legis praeceptorum reconvertamur, sed permaneamus in perfectis et libertate, quam scil. N. T. praestat. Gal 4, 9. „Nunc autem, cum cognoveritis Deum, imo cogniti sitis a Deo, - quomodo convertimini iterum ad infirma et egena elementa, quibus denuo servire vultis." 2" Pariter II Cor. 3, 15: dein in praecedenti capite

capitibus Epistolæ ad Romanos, et fere in tota Epist. ad Hebr. hinc etiam:

5to Dicunt præparatoria cessare, quia complementum advenit; sic enim infert Paulus ex loco ad Hebræos 7, 11. Nro 2. 5. hujus citato: „Translato enim sacerdotio necesse est, ut et legis translatio fiat" i. e. ces„sat ordo antiquus, quia novus successit, – et clarissime 8, 13. „Dicendo autem novum, i. e. novam œconomiam – veteravit priora. Quod autem antiquatur et senescit, prope interitum est." Eiusdem sententiæ est ipse Salvator, dum in Calicis institutione in ultima cœna dicit: Matth. 26, 28: „Hic est sanguis novi Testamenti." dicens ad„dem „novi": adnuit: antiquum mosaicum, Exod. 24, 8. cui tota antiqua œconomia superstructa erat, cessare. Sic ergo A. Fœdus a Deo est, præparationi autem inserviebat bonis per Christum venturis, per quem erat abrogandum. –

§37. Quatenus sit abrogatum.

Si autem porro quæratur, num succedente nova œconomia totum sit abrogatum antiquum fœdus, sive ex parte illud, – tanquam principium certum et hoc respectu statuimus effata Christi et Apostolorum, considerantes imprimis rei naturam, quæ non nisi „pendenda, hoc respectu nobis suppeditat. Quapropter dicimus: 1mo Manere ex antiqua œconomia Prophetismum i. e. com„plexum Policiniorum, quæ Messiam spectabant: Christus enim et Apostoli ad ea provocabant, ut ex locis citatis apparet, et illa etiam nobis sat gravia dant rerum demonstrandarum argu„menta; manet: 2do lex moralis, eam enim Christus confirma„vit et repetiit: manet 3tio Ex theoreticis veritatibus omnis quæ revelationem Dei Patris de genus humanum enunciat, (demp„tis iis, quæ populum judaicum, quæ talem concernebant,) ultro hoc respectu tutum: Christum et Caducum, et Symbolum perfecisse, et pure spiritualia iis substituisse,

quæ magis ad infantiam generis humani erant accommodata. Manet denique 4^to^ sola historia, abundans thesaurus exhortationis, admonitionis, correctionis, solatii inferens. – II Tim. 3,13-17. I Cor 10,6 et 11. – Sublatus est ergo nexus politicus et theocraticus; sublatum est rituale et omnis cæremoniarum apparatus; sublata sunt omnia, quæ præparationem sim ad Messiam concernebant. — Ultimum hoc patet ex fine, ex quo data erant; Christus ipse et Apostoli id reapse asserunt. Cæremoniis antiquis Christus sua spiritualia substituit, politicas autem regnorum constitutiones instabiles reliquit, destinans suam Religionem omnibus quibuscunq. populis – non autem uni soli, quod facilium sim erat in Antiquo fœdere, ubi populus Messiam unus certus populus etiam respecta politica sub immediata Dei tutela collocandus erat, ut Archæologia in capite: De Theocratia Mosaica docet. Ex hisce facile patet, qualenus V. Fœdus pro dici possit Theologiæ Dogmaticæ et Moralis, idem Asceseos, quia ex historia V. F. multa ad veritatem colendam incitandam haurire possunt. —

§38. Epicrisis.

Hic autem modus, scil. non simul, et semel, sed successive per gradus revelantis Dei, potioni imprimis probatur, cum quæ libet educatio per gradus sim pergat, successive timorem ex pellat, et charitati locum. Cur autem Deus unicum, et recte hunc pro præparatione populum elegerit, exclamamus cum Paulo, ad Rom 11, 33: „O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus." præsumere non volentes investigare arcana consilia Dei. – Interim tamen, ex hoc intelligimus: luculentius patere debilitatem rationis humanæ, si Deus per tempus magnam generis humani partem sibi ipsi reliquerit; auxilium enim di-

divinum tali modo ardentius desideratur, et necessitas Revelationis firmius probatur. —

Colerum per ea quæ in hac Appendice diximus, occurri Objectioni illorum, qui Revelationem Christianam eo impugnant, quia Deus demum post 4000 annorum esse revelaverit, quod humanitati repugnet, quæ postulat ut auxilium cito feratur, si illud necessarium est, patet; etenim: Deus nunquam prospectum genus humanum penitus reliquit, sed statim post lapsum primum spem venturi Messiæ revelavit, quod accuratius patebit, si loquuti fuerimus de modo salutis acquirendæ, antequam Christus in terram venerat. —

Pars tertia.

Demonstratio Principii Religionis Christianæ.

§1. Nexus.

Veri nominis Revelationem nobis ex benevolentissima Dei voluntate per Christum contigisse, demonstravimus. Sponte ergo sua oritur quæstio: ubinam illa pura inveniatur? ne fors spuria et commentitia placita pro veris et genuinis nobis obtrudantur. Doctrinæ ergo antecedenti, ordine suo nectitur illa de principio vero et legitimo, ex quo sine periculo sancta Christi Religio hauriatur. —

§2. Momentum sequentis tractatus.

Maximi autem momenti sequens est demonstratio. Patet illud: 1. Ex ipsa rei gravitate; agitur enim de re sanctissima, Religionis Christianæ, quæ tunc demum fructus suos salutares in animis hominum producet, si certo constet hæc, et non alia esse vere divinitus revelata. Verisimile autem illa ex firmo alio principio repetatur. —

II. Postulat ratio, et Paulus hoc rationis postulatum confirmat Rom 12, 1: „Ut omne obsequium nostrum sit rationabile" Ita„ le autem, tunc tum erit, si certa nobis adsit cognitio illorum, quae sunt de fide divina ab illis, quae non sunt, quae pariter a certo solum principio derivanda est, secus enim facile caeco phantasiae ludibrio exponeremur, falsae mysticismo, meris deceptionibus superstructo latas aperiremus portas, vi vero turpi indifferentismo, divina divelleremur, atque discerpentur. — Momentum autem augetur:

III. Per id, quod mundum Christianum reapse in duas partes dissectum videamus, quae diametro opposita principia sequuntur, quod solidum de ea re postulat judicium, ne anci pites hoc reamus omni vento doctrinarum circumagitati: praecipue cum; —

IV. Multi sint illius principii, quod verum, et unice genuinum probabimus, adversarii; qui nostro tempore antiquum continuo crambem recoquunt, et centies refutata, usque ad nauseam repetunt, quibus — quamvis non sine ironia, et irrisione Charitati Christianae, non semper studentes contra nostrum principium evanescant — non par pari esset referendum Sed solida sunt opponenda argumenta. Omni diligenti studio sequens tractatus est accipiendus, totusque in succum et sanguinem convertendus.

§3. Definitio et natura principii Religionis Christianae.

Sub principio Religionis Christianae intelligimus rationem ultimam, ex qua doctrina aliqua vere a Christo generi humano tradita agnoscitur. Vocantes illam ultimam rationem, principium" sequimur usum consuetum hujus vocabuli scholastici.

scholastice, secundum quem in scientia aliqua designat absolute vp. relative suprema sententiam ex qua singulæ ad eandem scientiam pertinentes veritates derivantur. Si autem quæritur, cujus naturæ fuerunt illud principium? solutio hujus quæstionis non pendet a speculationibus aprioristicis, neq ab opinionibus nostris, sed sicut tota Revelatio positiva quid est; sic erit et principium illud, naturæ positivæ omnia pendebunt ultimo a voluntate revelantis sese Dei, ut adeo in inquirendo hoc principio historia illius Revelationis sit consulenda.

§4. Fontes demonstrationis.

Ex quo autem facile patet, quinam sunt fontes sequentis Demonstrationis:

1mo. Provocabimus ad ss. litteras, et quidem eodem modo ut in antecedente demonstratione tanquam ad fontes authenticos, et fide dignissimos, - quæ ex hisce ss. litteris interpretatione sobria partium studio, non abrepta haurium tur, non humana erunt verba, sed verba illius, qui legatum divinum se tot modis demonstravit; erunt ergo voluntas Divina, neq timendum est, ne regulæ hermeneuticæ ad hanc Dei voluntatem eruendam insufficientes sint, cum, ellisionem sedatur per illas in materiali Revelatione ipsa, non omnia fieri, tamen in historiis earum applicatio facilior est et tuta.

2do. Propter rei tamen gravitatem adjungemus testimonia Discipulorum Apostolicorum, et in munere successorum, atq eorum, qui serie non interrupta eos sunt secuti, adeq historiam institutæ Christiani post ævum Apostolorum. Illi enim optime ac muneris sui scire debebant, in quo

vera Christi mens, et consilium constabat, et id quidem eo securius facimus, quo magis certum est, etiam in investigandis religionum philosophorum placitis eorumq; sensis Discipulos magistrorum consuli; denique:

3tio Non praetermittemus in singulis capitibus effata rationis adjungere, ut videamus quodnam id rationis praejudiciis non captum edixerit. Quod via hac assignante invenietur, erit certum, certitudine rationabili, nec, sic progredientes circulum committimus viciosum, quo omnino ex decursu dicendorum accuratius patebunt. —

§5. Conspectus dicendorum.

Omnia, quae huc pertinent, versantur circa Ecclesiam, quam Christus fundavit, cui notas suas in et externas praescripsit, cui suam doctrinam commisit conservandam, et exponendam, et cui propterea praerogativam infallibilitatis concessit; propterea, ante omnia, ipsa hujus Ecclesiae fundatio, ejusq; notae a Christo praescriptae erunt exponendae. —

§6. Christus fundavit Ecclesiam visibilem.

Christum Ecclesiam visibilem fundasse, seu quod idem est, homines in ethico-religiosam societatem conjunxisse ex sequentibus certum est rationibus:

1mo Talia dixit et mandavit, quibus vera ecclesiae visibilis elementa continentur; §15. Pars I. Matth 28, 18-20: ad Apostolos dixit: „Data est mihi omnis potestas in coelo et in terra: euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti: docentes eos servare omnia, quaecumq; mandavi vobis." – Marc 16, 16: „Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur." Joan 20, 21:

„Dixit eis ergo iterum: Pax vobis; sicut misit me Pater, et ego mitto vos." Hic in verbis insunt sequentia:

a/. Missos cum potestate, qua ipse missus erat, Apostolos, ju„bet prædicare Evangelium Dei, quod ipse prædicaverat, cui fi„dem adhibeant homines, tanquam conditioni felicitatis æter„næ; ecce primam partem Ecclesiæ essentialem: Symbolum.—

b/. Jubet porro servare quæ, quas proposuerat leges, et dede„rat mandata: en Codicem.

c/. Jubet omnes initiari ritu sacro externo, baptismo scil. En vinculum externum, quo ligantur omnes fidem ei habi„turi; — cui si adelatur: communem sacram Cœnam insti„tuisse Christum, Matth 26, 26. illamq repetendam præcepis„se; habemus etiam ritus quosdam externos præceptos seu verbum notam Ecclesiæ essentialem, et quidem Ecclesiæ visi„bilis:

d/. Cum autem hanc docendi et ss. Ritus administrandi potestatem Apostolis traderet, ut uberius deinde demonstrabimus, Personas, quæ eque designavit, quo sua abituri ad Patrem, vices gerant, seu Ec„clesiam constituit. —

Ex hisce ergo certum: Christum visibilem fundasse humanam prop„ter finem religiosum (societatem) consocialionem, quod præcipue, exinde quod, intelligitur, quia suis sanctum filium Dei, externo quod, prædicandi officium imposuit, dicens Luc 12, 8-9: „Dico autem vobis; Omnis, quicumq confessus fuerit me coram hominibus et filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei, qui autem negaverit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei." —

2do. Illuc pertinet Credentium experientia verbis Ecclesiam vocat Christus Matth 16, 18. dicens: Et ego tibi dico: Tu es Petrus, et su„per hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam." De visibili Christum hoc loco /

loco loculum esse Ecclesiæ patet, quia visibili fundamento illam super-
struxit, quale enim fundamentum, talis etiam ædificatio; quod
3tio Apparet etiam ex eo, quia hanc Ecclesiam, quam supe Regnum
cœlorum appellat, visibilibus retia comparat, e.g. sagenæ missæ in
mare ex omni genere aquorum, et minus aquorum pisces con-
greganti, Matth 13, 47; frumento bonis mixto; Matth 13, 28. - quod facere
omnino non potuisset, si de consociatione animarum invisibili-
tm cogitasset. —
4to De Ecclesia visibili Christum etiam intellexerunt Apostoli, nil enim ma-
gis illis cordi erat quam propitiatio verbi divini et in cœtum vi-
sibilem hominum coadunatio per baptismi ritum, Act 2, 41. Qui ergo
receperunt sermonem ejus, baptizati sunt, et appositæ sunt in die illa
animæ circiter tria millia. Quapropter etiam perseverebant in com-
mone fractionis panis. - i.e. celebratione Eucharistiæ Act 2, 42. - 1. Cor.
10, 21. — Heb. 13, 10. conjunctionis externæ fortissimo symbolo, quapropter
etiam in omnibus epistolis copiosam hujus Ecclesiæ externæ injiciunt
mentionem, cujus caput quidem invisibile Christus sit, Ephes 5, 23. Orga-
nismus autem externus sint Apostoli, Ephes. 2, 20. Attendite vobis et
universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Eccle-
siam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Act 20, 28. —
5to Post Apostolos Ecclesiam Christi visibilem in terris semper agnitam
esse, docet historia ecclesiastica, cujus objectum unice versatur circa e-
andem hanc Ecclesiam, consociationem externam Christianam. —
Nota I. Quæcunque hæc sient per decursum magis dicendum. —
Nota II. Christus tali modo exigenti, generis humani desiderio, quo divinus
interventus in constituenda ecclesia necessarius est, satisfecit. —
Nota III. Ex nihilum pecidunt somnia eorum, qui recentiori tempore pu-
tant internum Christiadis sensum sufficere, ecclesiam visibilem externam
non necessariam esse, - quicquid enim statuunt, contra mentem Chri-
sti faciunt. —

§7. Transitus ad sequentia

In peccibus Ecclesia, ut vidimus, omnia a voluntate illius pendent, qui
illius est auctor, quapropter et Christus Ecclesiæ sua nodas in et externas

praescripsit, quibus sicut civitas supra montem posita agnoscitur, et qui Deum: 1mo in unitate, 2do sanctitate, 3tio catholicitate, 4to Apostolicitate.

88. Unitas Ecclesiae

Diximus jam: 1mo Christum voluisse Ecclesiam suam unam eo sensu, ut eadem semper fidem, spem et charitatem servet, et eadem quidem forma, quo Christus ex genus humanum educuit, – Unitas interna – et eodem quidem vinculo nectatur externo, quo Christus ipse nexuit – Unitas externa –. Idem enim Evangelium, quod ipse praedicaverat, vult Christus omnibus gentibus praedicari, et mandat servari omnia, quaecunque praecepit, Matth 28, 19-20. Joan 17, 21. ad Patrem orat: „Ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus, quia tu me misisti." Hoc in loco non animorum ictus consensum in charitate postulat, sed consensum in fide quoque in se – missum a Patre; praeterea et Ecclesiam suam vocat „unum ovile" Joan 10, 16. in quod congregandi sint omnes, ut fiat unum ovile, sicut unus est Pastor. –

Id ipsum 2do diximus et explicatius exposuerunt Apostoli. Locum classicum habemus in ep. Epistol. ad Ephes. 4, 3. „Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus, et unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae. Unus Dominus, una fides, unum Baptisma. Unus Deus et Pater omnium, qui est super omnes et per omnia in omnibus nobis." Clarius sane Paulus exprimere non potuit necessariam Ecclesiae unitatem, quae superstructa sit verbo Dei objective vero. Quapropter et rogat Philipp. 2, 2.: „Ut idem sapientes eandem charitatem habentes, unanimes id ipsum sentientes." Galatas vero 1, 6-9 objurgat, quod mira levitate translati fuerint in aliud Evangelium seducti scil. per illos, qui convertere i. e. pervertere volunt Evangelium" – et addit gravissima verba: „Sed licet nos aut angelus de coelo, evangelizet vobis praeterquam, quod evangelizavimus vobis, anathema sit." – quod et repetit v. 9. Imo etiam cavendum esse praecipit, Romanis 16, 17. ab illis, qui dissensiones faciant propter doctrinam, quam ipsi didicerunt; et 1 Cor. 1, 10: scribit: „Obsecro autem vos fratres per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia". – Contentiones scil. erant inter Corinthios,

dum unus huic, alter alteri magistro adhæreret, quod Paulus reprehendit præterea, quia ver. 13^mo Christus non est divisus, nec alius, quam Christus pro genere humano crucifixus est, nec in alio, quam Christi nomine baptizati sumus, ait quapropter: 3, 11, addit: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Jesus." - Hos omnes et similes textus satis claros et evidentes illi insuper habent, et negligunt, qui recentiori tempore unitatem in Charitate urgentibus unitatem in fide negligunt, sicque indifferentismo religioso latam aperiunt portam. Sane negebat Jesus unitatem in Charitate; - voluit, ut alter alterius onera sustineret, et pronam indigentibus ferret opem, imo signum suorum discipulorum characteristicum, Joan 15, 10. Charitatem declaravit præiens proprio exemplo, quo usque ad mortem dilexit suos; - Id ipsum præcipiebant Apostoli e.g. I. Cor. 12, 25-28. 13, 1-8. Aut unum præcipiendes alterum non neglexerunt, quod vero divini magistri conjunxerunt nefas est separare. - Voluisse autem Christum unitatem etiam in vinculo externo, dicebam, ubi de Apostolicitate erit sermo. - Illam autem unitatem Filio et res ipsa postulat, quemadmodum una est Filii veritas philosophica, quemadmodum sentientia repugnantes non simul esse possunt vera: ita profecto Christi doctrina, si legatus divinus fuerit, in se una illa est, quæ primo processit ex ore Dei, - quæ vero ab una illa et prima divergit, nec Christi, nec vera esse potest. Quapropter etiam historica lex Ecclesia Christi, huic unitati conservandæ semper erat studiosissima, nam novas doctrinas a vera doctrina adversas reprobavit semper, et pertinaciter in errore manentes e cœtu suo exclusit, ut historia hæreseos, et hæreticorum demonstrat. Sic sane historia probat, quomodo jam antiquissimo tempore verba Christi et Apostolorum fuerint intellecta, et sic confirmamur, nos genuum verborum Christi recte capere.

§9. Sanctitas ejusdem.

Sicut voluit Christus Ecclesiam suam unam, sic voluit etiam sanctam, i.e. talem hominum cœtum religiosum, qui non tam in symbolo,

Codice et Rituali Hierarchicog, objective, nihil contineat, quod morali bali adversetur, sed potius omnia media suppeditet, quibus ea promoveatur. Sanctam voluisse Christum Ecclesiam, patet ex charactere ejus sanctissimo, quem descripsimus §13. Pars II. consilio, quodha buit: omnes sanctificandi; – quapropter et ad Patrem non aliud rogat, nisi ut Joan, 17, 17.: „sanctifica eos in veritate" – et mandatum dat omnibus Matth 5, 24.: „Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester coelestis perfectus est." Quod ipsum quoq, copiose edisserunt Apostoli, dum ubiq, morum probitatem, vitiq, sanctitatem postulant, et Paulus pulcherrime eloquitur Ephes. 5, 25. „Viri diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et se ipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquae in verbo vitae, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam.... sed ut sit sancta et immaculata." Et sane haec nobis necessaris possidet pacis quog, quo propter finem bonorum illm, ecclesiasticam consociationem necessariam demonstrat, et neminem unquam legalem Dei sanctissimi, credere possit, qui Moralitati adversa praecipiat. — — —

§10. Catholicitas.

Voluit porro Christus Ecclesiam suam Catholicam i.e. Universalem, scil. nullis spatii, et temporis limitibus adstrictam, seu universalem extensione et protensione. Hoc Christi consilium patet ex iis, quae §6 Pars II. diximus. Apostoli autem mandato Christi obtemperantes, abierunt in omnem orbem terrarum praedicaturi. Cf. §7. P. II. Imo Petrus coelesti visione Act. 2, 10–17 monitus est: gentiles quog, aeq ad Ecclesiam Christi vocatos esse, ac Judaeos; quapropter in primo Hierosolymis habito concilio palam dicit Act 15, 7–10. „Viri fratres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire gentes verbum Evangelii, et credere. Deus illis Deus Spiritum Sanctum, sicut et nobis, et nihil dis

discrevit inter nos et illos, fide purificans corda eorum". - Hinc etiam gentium Apostolus Paulus ad Ephes. 2, 14. scribit: „Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum" i.e. ex Judæis et Gentilibus unam Ecclesiam et „medium parietem maceriæ - quæ scil. separati erant gentiles a Judæis in V. T. - solvens." Quapropter 3, 6. testatur: „gentes esse cohæredes et concorporales, et compartícipes promissionis ejus in Christo Jesu per Evangelium." —

Eodem modo de perduratione Ecclesiæ Christi persaverant Apostoli: „Deo demonstrant, quod sedula cura sibi successores in munere legerint, et eligendos esse præceperint, ut demonstrabimus. Paulus autem diserte dicit: I Cor. 15, 25: ubi asserit: „Oportere Christum regnare - i.e. munus suum Messianum exercere - donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus - traditurum deinde: esse Christum imperium Patri, et hunc fore finem i.e. consummationem - sæculi." — Perduationem ergo Ecclesiæ Christi super terram, per quam ad finem bonorum perducit Christus genus humanum, hisce eloquitur Paulus. Historia autem hunc ipsum sensum verborum Christi testatur, quod patet ex capitibus, quo tractant de propagatione Religionis Christianæ, fidem autem in perennitatem Ecclesiæ, quæ viguit omni tempore, demonstrabimus in sequentibus. Planè jam universalitatem Ecclesiæ a Revelatione absoluta postulat quod ratio § 43, P I. cum desideria generis humani sint eadem, ex eadem natura ejus corrupta oriunda. —— ——

§ 11. Apostolicitas.

Notæ hæc ex possis internam essentiam Ecclesiæ Christi constituunt, subsistunt autem illæ sicut ædificium in fundamento, in Apostolatu, a Christo instituto, qui simul externam Ecclesiæ indolem efficit, per quam vera Christi Ecclesia, facillime a quacumque falsa, ceu Christianam decet dignoscitur. Intelligimus autem sub Apostolicitate: „eam Ecclesiæ notam, qua Christus determinatum Hierarchicon in Apostolis, Petro junctis instituit. Monstrandum ergo: Christum Apostolatum revera instituisse; - quod efficietur, si demonstraverimus qualem potestatem I^mo dederit Christus Apostolis. 2^do Illam Apostolis tum, exclusis illis,

qui non sunt Apostoli, dalam esse, denig 3tio Per Petrum jungi Apostolorum Collegium. —

a) ## §12. Potestas Apostolis a Christo concessa.

Potestas quam Christus Apostolis concessit versatur circa Symbolum et Codicem, quatenus eorum sint Doctores; circa Rituale, quatenus sacra administrent; denig circa Regimen Ecclesiæ in genere; — quod si probatum fuerit, patebit: Christum in Apostolis sacrum Hierarchicon revera instituisse. Jam quod

1mo Munus docendi attinet, hoc illis injunxit Matth 28, 18. Marc 16, 15. Quapropter et Luc 10, 16 dicit: „Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit." — indigitans vero Christus se suo adhominis nomine loquig, addit: „Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me." — Talem ergo poena divina dignum esse declarat. — Mandatum Magistri sequuntur etiam Apostoli. Eundo enim prædicarunt, ut Act Apostol. et Epistol. abunde testantur; precibus, et curam pauperum Act 6, 2. Diaconis, quos in eum finem elegerunt, imponunt, ne in munere docendi impediantur. — Admissionem autem hanc provocant divinam, cum Judæi docendi munus iis prohibere volunt, Act 4, 9. et prædicationem suam necessariam ad fidem in Christum perveniendi conditionem declarant. Rom 10, 14: „Ad quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient, sine prædicante? quomodo autem prædicabunt, nisi mittantur?" et omnia Apostolorum, Doctorum genuis humani merita paucis exprimit v. 18. addens: „Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum."

2do — Sed constituit eos Christus etiam sacrorum administratores; ad Apostolos enim loquitur, dum daret potestatem baptizandi Matth 28, 18. Eucharistiam in sui memoriam iterandi, Luc 22, 19 — peccata remittendi, v. g. petrendi Joan 20, 23. Mandato salvatoris etiam obtempe-
rarunt Apostoli; baptizaverunt enim, Act loco citato; — manus impo-

imposuerunt, ut tribuerent Spiritum Sanctum, Act 13, 2. – Timoth 1, 6. –

3tio Pariter autem Ecclesiæ rectores tripliciter: leges ferendi, judicandi et coërcendi potestate prædictos, Apostolos constituit. uberior quidem hujus rei expositio in Jure Canonico facta est, nos huic pertinentia paucis repetimus:

Ad Apostolos scil. dixit, Joan 20, 21: „Sicut misit me Pater, et ego mitto vos." cum potestate omnino missus erat Christus, cum potestate ergo misit et eam Apostolos. „Mittere" enim emphatice ut hic loci dictum, significat: ali„quem majori negotio præficere, et necessaria ad illud potestate eum exornare. Matth 16, 18. „Amen dico vobis, quæcunq alligaveritis super terram erunt ligata et in cœlo. et quæcunq solveritis super terram, erunt soluta et in cœlo." Christus hisce verbis generalem potestatem dedit Apostolis: an„nia ad salutem fidelium necessaria ita ordinandi, ut quæ ordinaverint in terris, rata sint coram Patre in Cœlis, phrasis desumpta a consuetudine Hebræorum, qui ut Calmetus in dissertatione: de Domibus Hebræorum observat, domos, non seras abducendo, sed implicando claudebant et solvendo aperiebant, quod, qui fecit, Dominum domus esse ostendit. dedit ergo Christus Apostolis h. l. potestatem Ecclesiæ gubernandæ. Anapro„bet et summum forum spirituale Ecclesiam declarat, verum præcedendi dicens: „Quod si non audierit eos – illos scil, qui peccantem fratrem corri„gunt – dic Ecclesiæ. si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethni„cus et Publicanus." i. e. talis, qui ad cœtum fidelium non pertineat. a consuetudine enim Ethnicorum, et Publicanorum abhorrebant Judæi. – Di„ximus autem: „spirituale" quia omnis illa potestas Apostolis commissa spiritualis naturæ est, quod exinde appareat, quia Christus apertè co„ram Pilato dicit Joan. 18, 36: „Regnum meum non est de hoc mundo." Potestatem hanc exercuerunt quæ Apostoli, leges enim ferunt, et Spiritus sancti sigillo muniunt, dum Act 15, 18. fideles ab obligatione legis mo„saicæ liberos declarant, a suffocato autem et fornicatione abstinen„dum esse præcipiunt. Paulus mulieribus legem dat I. Cor. 14, 34: quas „taceant in Ecclesia" – 11, 7: viris, quas, detecto capite orent" quod au„

autem v. 10 prohibet mulieribus, et ejusmodi. – Coërcitivam potestatem sibi competere asserit Paulus dum II. Cor. 10, 6. se in promptu habere ait: ulcisci omnem inobedientiam potestate, quam ei dederit Dominus. – I Cor. 5, 3-5. incestuosum Corinthium in Domini nomine e ecclesiae excludit. – Idem probatur ex facto Petri Ananiam et Sapphiram Act 5. puniente; pariter ex praecepto Pauli ad Thimoth. I, 5.20. „ut peccantes arguat publice coram hominibus, ut caeteri metum habeant." – et ad Titum 1, 13: ut dure" – et 2, 15: cum omni imperio arguat. Media autem inter legislativam et coërcitivam, judiciaria potestas, tanquam conditio, sine qua non, posita est, quae proinde etiam pariter competebat Apostolis. ———

§13. Haec omnis Potestas ad solos Apostolos pertinebat. —

Tanti momenti res, cum sit hoc sacrum Hierarchicum, specialim dicendum est: illam omnem potestatem ad solos Apostolos pertinere, ita, ut ab ea excludantur omnes, quicumque non sint Apostoli. Hoc autem patet ex sequentibus rationibus: –

I. Christus omnia illa verba semper ad Apostolos eloquitur, nec ulla ratio hermeneutica adest, qua demonstretur, ea, ad alios quoque extendi. –

II. Potius omnia adsunt, quae ea ad solos Apostolos restringant, qualia sunt sequentia: Christus ipse ex omni Discipulorum numero hos elegit, et quidem non elegit eos, qui ipsi voluerunt, sed quos voluit ipse. Marc 3, 13: „Et ascendens in montem vocavit ad se quos voluit ipse" et additur; „et fecit, ut essent duodecim cum illo." quae verba collegium certum et clausum indigitant. At hoc Apostolorum collegio porro peculiarum laicorum numerum aperte distinguit, dum Matth 28, 18. hos docendos, per illos docentes praecipit, et Act 18, 15-18; fratrem per faciliora media non corrigendum, Ecclesiae denuntiandum esse jubet – quod idem patet porro ex repetitis promissionibus Spiritus Sancti: ut loco citato, qui ita ad Apostolos pertinent, ut per hos demum

demum solos tribuendus sit reliquis, et jure vocentur organa Spiritus sancti quod discimus ex Act 8, 12-18 ubi, cum Samaritani ad praedicationem Philippi, qui discipulus, non Apostolus fuit verbum divinum percepissent, et baptizati essent, Apostoli id audientes, ex suo collegio delegarunt Petrum et Joannem, ut tribuerent baptizatis spiritum sanctum; qui manus imponentes et orantes, tribuerunt illis Spiritum sanctum. – Sed manifestissime id porro apparet ex reliqua praxi Apostolorum, et ex dictis eorum verbis: etenim,

III. Apostoli ipsi collegium suum clausum et determinatum habent, ita, ut nonnisi divina electione ad illud pateat accessus, quod nobis innotescit ex electione novi Apostoli in locum Praesidis Judae Act 1, 15-17. in quibus sequentia occurrunt, dicit nempe Petrus ad congregatos: „Viri fratres oportet impleri Scripturam, quam praedixit Spiritus sanctus per os David de Juda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Jesum: qui connumeratus erat in nobis, et sortitus e sortem ministerii hujus." – τῆς διακονίας – quibus verbis ministerium Apostolicum munus speciale Declarat, distinctum a reliquis muneribus non Apostolorum. Postulant porro a novo Apostolo, rerum a Jesu gestarum cognitionem, propterea ex iis illum eligere volunt, qui inde a baptismate Joannis, usq ad Ascensionem fuere comites Jesu 21, 22. – bene ergo dicunt Apostoli munus speciale Doctoris ad eligendum pertinere, porro electionem ipsam tanti momenti credunt, ut ipse Christus sortem dirigat in eum, quem idoneum sciat huic muneri obeundo. Divinam ergo electionem pro munere Apostolico necessariam credunt, illum autem, in quem sors divina ceciderat, legitime electum habent et de eo dicitur v. 26. „Et annumeratus e cum undecim Apostolis" quorum Collegium Petrus v. 25. aperte Apostolatum, – i.e. speciale Collegium muneris Apostolici dicit. Divina porro electionis necessitas pro munere Apostolatus, ex miraculosa de Coelo injussa vocatione Apostoli Pauli clare patet. –

IV. Specialem missionem apostolicam necessariam esse declarant omnibus illis, qui cui in munere demandato sunt Adjutores v. successores. Hinc vita externa initiarunt, ut constaret, quinam facultate hac gaudeant. Ritus autem ille externus initiationis, manuum erat impositio

Act 13, 1-2. II Tim. 1, 6. – Diligenter propterea curant, ne indignis manus im-
ministerium sacrum imponantur I Tim. 5, 22. et conditiones perquirunt illo-
rum, qui in sacrum officium assumantur; hinc etiam Apostolum Paulum
non antea in Collegium Apostolorum assumunt, quam de divina ejus mis-
sione illis erat persuasum, Gal 2, 9.: „Et cum cognovissent gratiam, quæ
data est mihi, Jacobus, et Cephas, et Joannes, dexteras dederunt mihi."
Propterea et:

V. Illos, qui hac missione apostolica caruerunt, non esse legitimos sacro-
rum administratores, iisque declarant, Act 26, 24-25. „Quoniam audi-
vimus, quia quidam ex nobis exeuntes turbaverunt vos verbis, everten-
tes animas vestras, quibus non mandavimus, placuit nobis collec-
tis in unum eligere viros et mittere ad vos." Demonstrant sic argu-
mento firmissimo, neminem esse sacra potestatis participem, qui
non fuerit legitime missus. –

VI. Hinc etiam diversis verbis se solos constituere esse sacra potestatis
administratores, omnem, quæ Ecclesiam sibi superstructam esse di-
cunt II Pet. 5, 18. „Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per
Christum et dedit nobis ministerium reconciliationis." v. 20. „Pro Chri-
sto ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos." – I Cor.
4, 1. „Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, et Dispensatores
mysteriorum Dei." – Omnia porro munia ecclesiastica a Christo esse
dixit fuse ad Ephes: 4, 19-21. non in alium finem instituta, quam ut ni-
mirum in fide servetur, neq; a falsis Doctoribus circumveniantur
Fideles – Una autem omnia comprehendit ad Ephes 2, 19, 21 dicens:
„Ergo jam non estis hospites et advenæ, sed estis cives sanctorum
et domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum
et prophetarum
ipso summo angulari lapide Christo Jesu, in quo omnis ædificatio
„bis crescit in templum sanctum in Domino." – Sic ergo certum e
Christum fixum, et determinatum Apostolatum instituisse in illog
Hierarchicon Ecclesiæ suæ dedisse, quam ob rem, vera Christi Eccle-
sia sive divina Apostolica quæ alios Doctores, sanctorum admi-
nistratores et Rectores habere non potest, nisi, qui missionem a

Apostolicam prosequuntur, cum in positiva, cæq. divina Ecclesia ne latum unquem recedere ab ea constitutione licet, quam auctor ejus præscripsit. —

§14. Petri Primatus.

Quæ in antecedentibus exposuimus, ad omnes a Christo dicto sunt Apostolos, quibus ergo omnibus æqualis data & potestas. Interim tamen Unicum Petro, prærogativam dedit honoris et jurisdictionis talem, qua ipse circulus principes Apostolorum, Ecclesiæ caput, Christi in terris vicarius, visibilis, etiam hac respecta necessaria repetimus hic, celeraq. nota supponentes ex Jure ecclesiastico, et ex Historia. Provocamus autem in hac quæstione ad voluntatem Fundatoris Ecclesiæ, quæ ex verbis ejus verbis satis innotescit. Etenim dum Christus verba §12 adducta loqueretur, Petrus quidem interfuit, cum reliquis Apostolis, Deoq. et Petrum sacri Apostolatus muneris fecit participem, interim ita specialia ad Petrum dixerit verba, quæ ad reliquos minime possunt extendi nam: I^mo. Christus Apostoli, qui antea Simon vocabatur cognomen, cum primum illum vocaret, facto sane omine mutavit, Petrum, vocavit Joan 1, 42. quod sane ex more Judæorum indigitat Christum peculiare consilium aliquid, de eo mente spectasse. —

II^do. Quid hac demonstratione insinuare voluerit Magister Optimus, insigni quadam promissione, dum Simon omnium mortalium primus Jesum Filium Dei vivi professus est Matth 16, 18. explicuit dicens ad eum: „Et ego dico tibi: quia tu es Petrus, et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, et porta inferi non prævalebunt adversus eam." Et tibi dabo claves regni Cœlorum. Et quodcumq. ligaveris super terram erit ligatum et in Cœlis, et quodcumq. solveris super terram, erit solutum et in Cœlis." Per excellentiam vocat ibi Petrum: fundamentum et claviger eorum: attributa, quæ in sacris litteris alias de ipso Christo prædicantur, et fundamentum quidem Christus dicitur, I Cor. 3, 11. Claviger autem Apoc 3, 7.: „Hæc dicit sanctus et verus, qui habet clavem David: qui aperit et nemo claudit, claudit et nemo aperit." Jic sane præcipuam aliquam prærogativam

hic loci Petro promisit Christus. Post resurrectionem vero, quam pro-
misserat prorogativam reapse tribuit, Joan 21, 15-17; postquam enim
Petrus ad quæstionem: „Simon Joannis diligis me plus his?" respon-
set: „Etiam Domine, tu scis, quia amo te." Christus ad eum dicit: „Pa-
sce agnos meos." quod ad rei momentum demonstrandum repetit
secundo et tertio. Pascere idem e ac regere, quod ex usu loquendi
satis constat: etenim Psalm. 77, 71: „Et elegit David servum suum,
pascere Jacob servum suum." v. 72. „Et pavit eos in innocentia." -
et Jesai. 46, 48: „Quia dico Cyro Pastor meus es." David et Cyrus rege
vocantur pastores, regendi ergo potestatem hic Christus tribuit Pe-
tro. —
Majorem autem potestatem concessam esse Petro, quam reliquis,
postulat ipse contextus: interrogat scil. Christus Petrum: an plus
reliquis Dominum diligat? ad hanc quæstionem non quadra-
ret responsio: Do tibi cum reliquis æqualem potestatem, pe-
tulantem majoris dilectionis, postulat majorem quoq; collatam
potestatem et prorogativam. —

§15. Ad solum Petrum pertinet hæc prorogativa?

Hæc ad solum Petrum dicta esse verba, et nequaquam extenden-
da esse ad reliquos Apostolos, sic probamus:
1mo Nulla enim, hæc verba extendendi ad reliquos adest ratio, pa-
tius facili negotio omnes aliorum locorum expositiones quas
adversarii tentant, reprobantur; etenim quod attinet Matth 16, 18.
expositio antiquorum Protestantium - et Lutheranorum moder-
norum - qua innitur, sub petra non Petrum, sed doctrinam de
filio Dei, quam professus fuit Petrus esse intelligendam, cui fa-
structa sit universa Religio Christiana, est contorta, quod ipsi
recentiores Protestantes fatentur eg. Kinochlius ad hunc lo-
cum. Explicationi autem: Petrum eatenus fundamentum dici,
quia primus fuisset, qui homines ad Christum convertat,

/.

convellat, obstat; Christum non dixisse: „per" da-le, aedificabo; sed „super" - „ἐπὶ - hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam;" insuper huic expositioni substrata materia obest: Christus enim loquitur de firma perdurabione, non de Ecclesiæ fundatione. Si dicunt: reli„quos Apostolos pariter dici fundamentum Ephes 2, 20. - et columnas Galat 2, 9. - ipsisq; potestatem porro ligandi et solvendi esse da„tam: Matth 18, 18. ut non intelligatur, in quo Petri prærogativa constat, - respondemus: - persistendo in Metaphora, quod consul„tissimum est, - posse aedificium plures habere fundamenta, et colum„nas, et tamen unum fundamentum sola dici primarium, ut reli„qua labendi periculo exponantur, nisi omnia sustineat et com„pagines primarium. Deinceps, ubi Christus ea Matth 18, 18. verba ad omnes loquitur, Petrus erat cum reliquis, cum ergo seorsim repetat ad Petrum, peculiare ei regimen conferre voluisse censendus est. Quod attinet ad alterum Joan 21. locum, expositio, qua putant, Petro, qui de„minum antea negaverat, adeoq; apostolatu exciderat, jus Apostolatus restitutum esse, - reprobatur, quia non necesse fuisset a Petro ma„jorem dilectionem postulare, hanc enim sufficeret dixisse: „Pe„tre, amas me, ut hi?

2do: Christum vero prædicta verba loquentem Petrum solum intellexisse patet ex Actib. qui Petrum Principem Apostolorum se gessisse
4, et talem agnitum esse plurimus locis. Petrus enim est qui de eligendo in locum Judæ Apostolo, ad congregatos verba fecit.
b, Act 1. - Petrus est, qui post effusum Spiritum s. ad Judæos pri„mus habuit orationem, 2, 14. - ipse primus in templo Crucifixi
c, triumphum ad salutem prædicat, 3, 12, ille in Concilio Hierosoly„
d mitano primus loquitur, 15, 7. - insuper Petrus locum Collegii
e Apostolici nomine respondet 5, 2-3. - ubi Ananias ad pedes Apostolorum pecuniam deposuit: „Dixit autem Petrus" v. 29. „Respondens autem Petrus et Apostoli dixerunt." - ita, ut Pe„trus, electi nullus - Apostolorum reliquorum nominetenus ad„feratur, in fronte Collegii Apostolici expresse, nominatus. Etenim /

/.

2, 14. „Petrus cum undecim" – v. 37: „Dixerunt ad Petrum, et reliquos Apostolos: „Ita, ut Jesus ipse post resurrectionem diceret: „Me Deitle discipulis ejus, et Petro". Marc 16, 7. — Paulus vero tanti eum fecerat, ut Galat 1, 18. Hierosolymam perexerit Petrum visurus". — Hæc sane nobis persuadent: Principatum Collegii apostolici se gessisse Petrum, alq agnitum fuisse. —

3tio Extra omne autem dubium collocatur per Scriptura, quo omni tempore Petri primatum agnoscit – pag. 169. in Auctore. – Cyprianus libro: De Unitate Ecclesiæ: „super illum unum scil. Petrum ædificavit Ecclesiam suam, et illi pascendas mandat oves suas". Et quamvis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat et dicat: Sicut misit me Pater etc tamen, ut Unitatem manifestaret, unam cathedram constituit, et unitatis originem ab uno incipiendam, sua Auctoritate disposuit. Hoc erant utiq et cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi, et honoris et potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur, et primatus Petro datur, et una Christi Ecclesia, et cathedra una monstretur". – Similes sunt Tertullianus, S. Hieronymus lib I. adversus Jovinianum: „At dicis super Petrum fundatur Ecclesia licet id ipsum alio in loco super omnes Apostolos fiat, et cunctis clavces regni cælorum accipiant, et ex æquo super eos Ecclesiæ fortitudo solidetur; tamen propterea inter duodecim Unus eligitur, ut capite constituto schisma tollatur occasio". —

4to Ultimis hisce verbis S. Hieronymi invisidentes sequens formam argumentum ex patione pro hac Christi ordinatione petitum: Unam Christus voluit Ecclesiam, jam utiq unus homines congregantur, ubi omnes discordiarum, cleri agatur de re carissima – quo facillime dirimatur capite constituto, quod charitate potest necessaria – accedit, quod uno capite constituto, realitas unitatis sine omni difficultate agnoscitur, ordinetur enim hinc, quando singuli, qui pro sunt Ecclesiis particularibus, cum capite sint conjuncti, et quo etiam missio legitima i. e. apostolica sine omni hæsitatione pro-

spondeibus. Petrus ergo Primas Christi vicarius, Caput Ecclesiæ omnis Christianæ vere visibilis. – Ex qua doctrina fluunt sequentia:

a). Notam Apostolatus absolui Apostolis et Petro, adeoque, quia perennem Ecclesiam fundavit Christus, eorum quoque successoribus non Apostolatum tum tum in genere, sed et Petri specialem.

b). Nos, prospexisse inimicos, qui Primatum negant, licet alias una nota: Apostolica sufficeret, omnem ambiguitatem evitare, et rem clarissime exprimere, si dicimus veram Christi ecclesiam esse debere Petro-Apostolicam, vel Christum instituisse regimen sacrum Petro-Apostolicum; v. g. specialiter, quod doctrinam attinet, et mysteriorum dispensationem Magisterium, et Sacerdotium Petro-Apostolicum.

c). Ex quo si quæratur, cui commiserit Christum doctrinam suam cum omni fundamento? paucis respondetur: Magisterio Petro-Apostolico. – Illæ adduximus, quia dictum fuit: Apostolos fuisse Rectores, Doctores et sacrorum administratores.

d). In voluntate Christi fundatur divisio in Ecclesiam docentem, et discentem, et datur inter utramque reale discrimen. –

§. 16. Nexus cum præcedentibus. –

Illæ quidem Ecclesiæ veræ Christianæ summa lineamenta essentialia interna et externa, depingunt. Interim tamen ea præcipue, quæ pertinent ad Apostolicitatem, quamvis in se habeant gravissimum momentum propter alium adhuc finem adduximus, quatenus nobis viam sternant ad investigandum ipsum principium religionis veræ Christianæ. Defendimus enim: verbum Christi divinum Magisterio Petro-apostolico traditum, et inhærens esse normativam fidei, seu principium Religionis Christianæ, i.e. quando quæritur quid sit credendum? respondendum erit: Quod Petro-Apostolicum magisterium docet. –

§. 17. Status quæstionis

Ut rem bene intelligamus, ante omnia, accurate exigendus est status Quæstionis, quod eo fiet, si oppositum Acatholicorum declaratum ante omnia exponamus. –

Dicunt scil. Protestantes normativam Fidei Christiane regulam, adeoq principium, ex quo omnis Christi doctrina repetatur, esse sacras Litteras, ita, ut nihil Christianum reputetur, quod hisce sacris litteris afflatu Dei conscriptis non insit. Quapropter quaut sua sponte fluit ex illorum assertione — sicut sufficientiam sacrarum litterarum: sic et talem earum perspicuitatem defendunt, ut ex ipsis illis per regulas hermeneuticas, sine alio adminiculo verus et completus sensus doctrine Christiane hauriatur, eaq eum in finem esse conscriptas, ut semper in propatulo ferat, quod credendum est. —

E contra nos, et Ecclesia Orientalis, etiam schismatica, si in hac ultima doctrinam de Primatu excipiamus, nobiscum eandem fidem profitetur; — defendimus: sacras litteras quidem pretiosissimum esse donum Dei, attamen illas, non omnem doctrinam Christianam continere, neq tali perspicuitate, ut sufficienter ex illis solis doctrina Christi hauriatur — et praterea propter longe alium finem conscriptas esse, quam protestantes asserunt — sed cum Sto Hilario, pictav. sec. II Episcopo contra Auxentium lib I. cap 17, dicimus: „Credimus secundum traditionem Apostolorum hoc dicimus, quod dicimus, et hujus verbi traditi sive deinde sit in sacris litteris sit consignatum, sive non sit, hujusmodi et conservatorem perpetuum credimus, Magisterium Petro-Apostolicum a Christo Dmo missum: ut adeo verbum divinum in ecclesia docente asservatum jure dicamus principium, seu normam et regulam Fidei vere Christiane. —

§18. Traditio originaria fuit regula Fidei.

Quo in antecedente 5° asseruimus, modo probatum iremus, et quidem ante omnia monemus, sequentia omnia argumenta eo accuratius esse conjungenda, quo magis certum est ea conjuncta fortissimo esse, et quo majoris momenti est ipsa thesis, quam

quam defendimus. Hæc ante omnia asserimus traditionem oralem esse primam Religionem Christianam annunciandi et propagandi potionem, adeoq primam Regulam Fidei. Etenim Christus Religionem suam, ut cuiq notum est, litteris non mandavit, sed divina Duntaxat voce suos erudivit, neq ulla Apostolorum Doctrinam Christi in scripturas retulit ante illius in Coelum re-ditum, - prout modo Christus Apostolis suis non præscripsit, ut verbum suum scriberent, sed potius oralem tantum ejus annunciationem manda-vit. „Euntes enim, inquit, docete etc. Matth 28. -

Quapropter etiam dū hoc mandatum fecerunt ore prædicantes verbum divinum, illudq propagantes, donec serius tandem, non omnes, sed nonnulli eorum aliquos libros conscriberent, quæ omnia nota sunt ex Introductio-ne in libros S. V. T. - Ex quibus intelligitur quod nemo adversario-rum negat et concedam, et propagatam esse Christi religionem oraliter, dein Introductione, adeoq tunc temporis regulam Fidei non aliam fuisse, quam ipsum hoc traditum verbum; imo, per duo fere sæcula regulam manifes-se, cum quod pariter ex Introductione constat circa finem sæc II demum novi Testamenti clausus sit Canon, quod concedet, nisi quis, quod ab-surdum est, tamdiu sine integra Fidei Regula fuisse gentem humanam, velit asserere.

In possessione ergo tuta hujus Argumenti, sumus nos Catholici, et tamdiu affeverabimus: hanc Traditionem mansisse Regulam fidei, quam-diu ab Adversariis firmis Argumentis non fuerit evictum illam cessasse propter qualemcunq causam esse regulam normativam.

§19. Non desiit esse Regula Fidei post scripta sacra exarata

Protestantes quidem traditionem originariam, fuisse Regulam Fidei, non negant, attamen defendunt, hac Auctoritate illam excidisse, post-quam sacra Scriptura esset superaddita; - quod autem negamus et id quidem pluribus, iisq gravissimis argumentis ex n. Libera-rum indole, partim ex diversis eorundem verbis petitis, plena-rie deniq inferentes id ipsum ex historia. - Ante omnia autem monemus; neminem Bibliographorum dicturi, regulam, quæ viguit,

ab origine, valore suo excidisse, neq ullum locum contrarijs sententijs Patrum proferre possunt, quo id dicatur. — Ex quo autem sequitur: ad necessarios omni positivo argumento destitui pro Dogmate suo fundamentali probando. Sola autem existentia ss. Librorum id minime probat, quia eorum existentia et alijs causis esse possunt, quod nos probabimus: sic ergo omnia nostra Argumenta eo majoris ponderis erunt, cum per nullum argumentum positivum evertantur. Provocant quidem aliqui ad ultima verba Apocalipseos, ubi Ioan. scribit 22, 18.: „Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super eum plagas scriptas in libro isto." quasi omnia continerentur in Canone ss. Librorum, cujus ultimus liber est Apocalypsis. Hæc autem verba, contra nostrum Thema nihil dicunt, cum referri illa debent ad ea, quæ in Apocalypsi scripta sunt, nequaquam autem referri possint ad Doctrinam Christianam in genere. Velat enim Joannes hisce verbis librum sub Spiritus Sti auxilio scriptum, per additamenta quælibet corrumpere, — quod apparet ex sequenti versu, ubi expresse dicit: „Et si quis diminuerit de verbis libri Prophetiæ hujus, auferat Deus ~~patrem~~ partem ejus de libro vitæ, et de Civitate sancta, et de his, quæ scripta sunt in libro isto." — Et sic ad Argumenta ex indole ss. Librorum petita transgredimur. — —

§20. Indoles ss. Litterarum

I. Quoad Originem.

A Codice Revelationis, quia unica Fidei norma sit, jure postulamus, ut etsi non expresse Testimonium contineat, sein cum finem esse conscriptum; sic tamen conditionalis sit, ut ille finis ex sola indole illius cognoscatur, quapropter in doctrinalibus, quæ ad Symbolum Codicem et Rituale pertinent pro primis occupetur, eagemma sanctitate claritate contineat, ut de vero sensu, non liceat nullum ambigere; secus enim, si unica sit ille Codex Fidei norma, finis non obtinebitur; quodsi autem codex ille ex indole sua, huic suo fini non re-

respondeat, si ineuntes ejus conscripti longe alios fines conspiciuntur, unica sufficiens norma haberi non potuit. – Sam, ut ab hoc ultimo incipiamus, si sacras litteras consideremus, non illum finem, ut sint unica fidei norma, aperte testimonio non exprimunt, sed et longe alios fines prosequuntur et hoc occasionaliter, et ob speciales illas rationes sunt conscripti. Quod enim Evangelia attinet, ex Introductione constat Matthaeum Evangelium suum conscripsisse ut demonstraret Jesum esse Messiam, Judaeis in lege promissum. – Lucam vero, ut illud opponeret falsis, qui de historia Jesu Christi circumferebantur rumoribus, ut ipse in Exordio I, 1-14 declarat. De Marco aliquis fermo esse non potest, brevior enim his ambobus et fere compendium eorum. – Joannes sive consilium habuerit altiorem Jesu naturam contra erroneas adversariorum doctrinas describere v. in genere Jesum esse filium Dei demonstrare, v. etiam supplere, quae in reliquis deerant, praecipue historica, quamvis hoc ultimum consilium nobis adversari videatur, nullo tamen modo nobis obstat. Etenim ipse Joannes dicit in fine Evangelii sui, multa fecisse, quae ab illo non sint conscripta, 21, 25. „Sunt autem et alia multa, quae fecit Jesus, quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros." – Sic ergo Evangelia, ex longe alio fine, non vero ex illo, ut sint unica fidei norma, conscripta sunt, quod multo magis valet in dictibus Apostolorum; sunt enim historicae plerumque indolis, referunt quidem origines Ecclesiae Christianae, aliquos ad fideles habitos sermones, occupantur deinde maximam partem itineribus Apostolorum, et quidem non omnium, sed praecipuis Pauli; dein de ex parte Petri et Jacobi historiam, multo minus, quid singuli docuerint Apostoli, edifferunt. – Occasionalis autem origo omnium Epistolarum ex earum indole liquet. Orta scil. controversia, vel falsis male aliquo enato, conscriptas esse, v. doctrinae alicujus speciebus perperam intellectae, esse elucidationes v. correctiones, cuique eas legenti patet, et aliquin ad singulos illas fidelium coetus v. ad singulas personas sunt directae, ob fines specialissimos, ut in genere fert natura Epistolae cujusvis. Neguaquam ergo conscripta, ut quae in Evangeliis desunt,

desunt, suppleant. Apocalipseos opus propheticum est, adeog huc non pertinet. Sic ergo, si originem ss. Literarum consideremus non tm ille finis quem Protestantes perpendunt, expresso testimonio non assignatur, sed ipsa eorum origo occasionalis demonstrat, ob fines speciales esse conscriptas, quos etiam possumus exhibere. Ex quo etiam explicatur, cur aliqui tm apostolorum scripserint, omnes vero prædicaverint. Scripserunt enim illi tm, quibus obvenerat occasio scribendi. Itaque manet ex hac parte sola, nobis possessio nostri argumenti §18. allati, nec existentia ss. Literarum nostro asserto potest opponi. —

§21. Quod reliquas conditiones.

II. Codicis unici Revelationis.

Ipsum autem illud multo magis patet, si ad reliquas conditiones, quas a codice Revelationis, qui unico Fidei regula sit desideramus respicimus; etenim, quod materiam in Evangelio pertractatam attinet, illa maximam partem, in historicis occupatur, et magno numero miracula a Christo patrata referunt, doctrinam autem, v. g. aliter tangunt, vel pauca tantum ejus capita enarrant, v. g. in genere dicunt Christum docuisse, quin addant, quæ docuerit e.g. Matth 4, 23.: „Et circumibat Jesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum", quid autem docuerit, non additur. — Pariter, 9, 35. 11, 1. „Et factum est, cum consummasset Jesus, præcipiens duodecim Discipulis suis: transiit inde, ut doceret, et prædicaret in Civitatibus eorum." Doctrina autem non additur. Pariter Marc. 1, 21. „Et statim ingressus in Civitatem et synagogam, docebat eos, et stupebant super doctrinam ejus." — quid docuit? qua de re stupebant? non additur. Epistolæ quidem multa doctrinalia continent, ita tamen, ut eandem doctrinam, modo ex hac, modo ex altera parte considerent, nullibi fere integrum concipiatur, eodem loco exhauriant, ut adeo valde difficile sit, quod experientia docet sparsa fragmenta colligere, quod v. g. ex doctrina de justificatione, ut suo loco videbimus abunde patet; quæ autem omnia ex natura Epistolæ, quæ ob certas causas datur, facile explicantur. Deinde hinc inde /.

inde aliquam doctrinam aqne exigesies, imo trigesies repetunt, e.g. de mor-
te Christi expiatoria, cessasse legem antiquam etc. ita, ut tenor plu-
rium Epistolarum maxima ex parte sit unus, atq idem. Ex altera autem
parte in ss. litteris plures quaestiones, quae occasione earum doctrinarum,
quae in illis occurrunt, facile, imo necessario movemtur, neq tanguntur,
multo minus solvuntur. Sic Baptismi mentio quidem fit, an autem in-
fantes possint baptizari, num baptizandi sint, clare in illis non dici-
tur. - Quae omnia et similia, - sicut ex occasionali origine ss. litte-
rum facile explicatur, - aliter disposita esse deberent, si sacra litte-
ra unicus sit fons revelationis, tunc enim proprimis in doctrinalibus
occupari, doctrinarum prolatarum conceptus accuratos et determinatos
suppeditare, quaestiones, quae cum descriptis doctrinis nectuntur, faci-
le movemtur, deberent solvere, et quod fere primarium est, multo ma-
jori perspicuitate esse deberent, quam reapse inveniantur. Defensa e-
nim antiquorum Protestantium ss. litterarum perspicuitas in ni-
hilum redit, si ea solum experientiam consultamus. - Nullum enim
est caput Religionis Christianae in sacris litteris descriptae quod non va-
riis modis exponatur ab illis ipsis, qui necessaria et negligenam
scientia vulgari hermeneutica instructi, ss. litterarum expositionem
aggrediuntur, ita ut e.g. Christianus Rasberger in dissertatione anno 1577
Ingolstadii impressa, verborum, quibus institutio Eucharistica conti-
netur, ducentas diversas expositiones collegerit, quod sane evenire non
posset, si tanta perspicuitas, quanta jactatur, ubivis pelluceret. Hoc ve-
ro non nostro tm tempore obtinet, sic fuit semper, omnes enim
haereticii, quod omnes Patres fatentur, et nominatim Vincentius Ly-
rinensis in Commonitorio suo omnium nomine edisserit, ad ss. litte-
ras provocarunt, et demonstrationem sententiarum, quarum adeo diver-
sarum per varias expositiones, in illis, sibi reperisse videbantur. -
Quod experientia docet, aperte etiam Testimonio ex ipsis ss. litteris
petito confirmatur, ipse enim Petrus Apostolus, primus jam II. Epist.
3, 6. negligenam perspicuas esse Epistolas Paulinas, et in genere
scripturam depravationibus propterea obnoxiam esse testatur.

dicens: „Sicut et in omnibus Epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, et instabiles depravant, sicut et cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem" Si hoc in viridi, quid in arido, si jam Petri tempore, ubi mores, ritus, argumentandi modus, ipsa lingua, longe nobiora, imo eadem erant, quid nos perspicuitatem eorum jactitemus, quibus, quoad omnia illa puncta, intellectum multum juvantia, omnia sunt mutata. Hoc intelligentes recentiores protestantes talem, qualem antiqui non defendunt perspicuitatem, concedentes multa in sacris literis esse obscura; sic autem magis sibi repugnant et systemati suo, unicum statuentes Revelationis Codicem ss. literarum illum, fontem, tamen obscurum admittentes. Quod si vero cum Doctoribus dicant, non putandum esse latere in locis obscuris eadem Dogmatum ad salutem necessariorum, nodum secant, non vero solvunt; fere enim ridiculum est asserere, velle, non esse magnum momentum locorum eorum, quæ ex hypothesi non intelliguntur. Deinde vero scimus, in diversissimas partes abire ipsos adversarios, dum de Eucharistia, Redemptione, et ejusmodi Doctrinis alias quoslibet instituitur. — Illas tamen doctrinas, cum ex ss. literarum Testimonio demonstrant fidentur, et in his punctis illas claras non esse, quibus tamen doctrinis summum momentum adjudicari non potest, nisi omnis Religio Christiana rejiciatur. — Ex his ergo patet ss. literas ea perspicuitate non gaudere, quæ a Codice Revelationis, qui unicum, ejus principium constituat, jure exspectatur. — Vera ergo est ulterior illatio nostra medium aliquod talium dari debere, quo sine periculo legitime exponantur illa scripta; nisi finis, quem Deus revelando intendit, frustretur. Ex quo sequitur traditionem originariam sua auctoritate non excidisse, etiamsi dato non concesso ss. Scriptura omnia continerent, quæ scitu necessaria sunt. Et tunc necessaria esset Traditio originaria, per quam obscura dilucidentur, ambigua determinentur, usus loquendi Christianus stabiliatur, ac saltem limites ponantur, ultra quos sapere velle, insipere esset. —

Nota I. Bene notandum e, quopensu sacrarum litterarum obscuritatem defendamus. Non enim in ea sumus sententia Catholici, quasi per sanas regulas hermeneuticas nihil prorsus certi sensus ex illis possit invenire. Patent sane, quae ad Constitutionem, et indolem Ecclesiae christianae et in genere ad Christi Jesu historiam et dogmatum spectant, tam luculenter, quantum maxime potest, ita, ut nulla prorsus historica, respublica nulla clarioribus et certioribus fabulis innixa censeatur, ut adeo solido Theologiae fundamentum illis luto superstruatur; non autem se ipsas explicant, neque sufficientes, et satis perspicuae sunt in enucleandis, et plenarie intelligendis Fidei Articulis specialibus, maxime iis, qui pabionis similes transcendunt, quod ex argumentis aliis patet. ——

Nota II. Nos defendentes insufficientiam s. Scripturae, ejusque obscuritatem sensu perpicto, nequaquam injurii sumus in Deum, adeoque scripturam ipsam, quae est opus s. Spiritus. Habemus enim illam perfectam in genere suo, respectu finis, quem obtinere voluerunt Hagiographi, scribentes ad populares, quibus in specialibus casibus erat succurrendum, perfectam pariter quoad finem, quem obtineant haec scripta apud posteros, qui ex hisce scriptis Religionis Christianae tantum, optimi magistri vitam, et eloctrinae in orali traditione plenarie contentae lineamenta, et demonstrationes hauriamus, ea qua dem certitudine, contra quam excipi non potest rationabiliter, potius injurios in Deum et Scripturam objectiones in adversarios refundimus, qui scripturae sacrae finem talem prorsus tendunt, ad quem obtinendum ex tota indole sua, non est apta. ——

§22. Testimonia ss. Librorum pro valore Traditionis oralis.

Quae in antecedentibus diximus, et quae, quamvis negativa, videantur argumenta; tamen simul sumpta, magnum pondus habent, confirmantur per expressa loca ss. litterarum, quibus verbum ore traditum, scriptis exaratis, sua auctoritate non excidisse,

asserimus. Sic enim Paulus scribit II Thess. 2, 15: „Itaque fratres state; et tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per Epistolam nostram." Hoc in loco eandem valorem Paulus adjudicat verbo, ore tradito, quem tribuit Epistolæ suæ, adeoq. Traditionis oralis valorem agnoscit. Bene hunc in locum commentatur s. Chrysostomus dicens: „Hinc e perspicuum, quod non omnia tradiderunt per litteras, sed multa, sine scriptis, et ea quoq. sunt fide digna. Quamobrem Ecclesiæ quoq. Traditionem censeamus fide dignam. Est traditio, nil quærens amplius." —

Idem argumentum petitur ex II Tim. 1, 13-14, ubi Paulus scribit: „Formam habe sanorum verborum, quæ a me audisti in fide et in dilectione, ne in Christo Jesu. Bonum depositum τὴν καλὴν παραθήκην. custodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis." Monet Apostolus Timotheum, ut animo insitam servet doctrinam, quam acceperat per prædicationem apostolicam dicens: „quæ a me audisti" – laudavisse expressis verbis doctrinam ore traditam, quam in sequentibus apellat: „Bonum depositum", doctrinam scil. quæ cum Timotei custodiendæ erat commissa. Ad hæc loca accedunt ea, quibus prædicationes Apostolorum oralis in ss. litteris magnifice, et quidem tanquam unicum medium ad finem perveniendi laudantur, e.g. Rom. 10, 14 (§ 12 citata). Sicego et positivo ss. litterarum testimonio gaudemus pro valore traditionis originariæ, etsi ss. litteræ essent illi superadditæ. —

Nota. Hisce argumentis jungi solet et observatio hanc circumstantiam: Protestantes explodentes traditionem nostram, aliqua, quæ certo tenent dogmata, nonnisi ex historia – ergo argumento, quod non ipsis ss. litteris inest, probant. Sic dogma de Canone non ex litteris, sed ex historia petere debent, non enim pro se ipsis et pro completo suo testimonium ferunt. Pariter dogma de Baptismo parvulorum etc. Aut ergo faleantur de illa dogmata et quidem primarium fontem non posse ex fonte unice concesso probare, et illa ergo rejiciant, vel concedant nobis: s. scripturam non esse unicam „fidei regulam". —

§23. Argumentum ex Historia

Extra omne vero dubium res collocatur, si historiam adeamus, quæ verbum traditum, semper Fidei Christianæ normativam habuit. Testimonia in Auctore Pag. 106. S. Irenæus: „Traditionem Apostolorum in toto mundo manifestatam, in omni Ecclesia omnes videre, qui vere velint videre, per successionem Episcoporum ab Apostolis institutorum usque ad nos non interruptam."

Tertullianus: „Quod apud multos reperitur unum, non est erratum sed traditum."

Origines: „Ea sola credenda est veritas, quæ in nullo ab ecclesiastica (apostolica) discordet traditione."

Vincentius Lyrinensis: „Id teneamus, quod semper, ubique et ab omnibus creditum est."

Si super hæc testimonia collectimus, sequentia prodeunt:

1. Normativam fidei regulam habuerunt omni tempore verbum ab Apostolis traditum, seu traditionem, quæ exiuit ab initio, per quam Ecclesia Christiana fundata est, et quæ late propagata fuit, antequam ss. Libri exararentur, illis autem exaratis neguaquam excidit valore suo. —

2. Hanc traditionem nunquam separarunt a Magisterio Apostolico, sed omni tempore Ecclesia Christi docens, habita est custos illius, quem hominibus annunciet, cujus puritati invigilet, ex qua con-troversias exortas dirimat. Conspiciunt autem illud magisterium omni tempore in successoribus Apostolorum, Episcoporum scil. qui serie non interrupta ab Apostolis ipsis descendunt. —

3. Maxime quidem fecerunt ss. scripturam, per illam tamen, id non propalari, quod propria traditio, disperte dicunt, ubique, quæ latius pateat, quam scriptura, et ex qua, verus scripturæ sensus hauriatur; hinc controversiis exortis, non provocandum esse ad ss. Litteras tum, in quibus, ut Tertullianus dicit, incerta victoria adest, aut par incerto; sed provocandum, et lites dirimendas esse per verbum Magisterio Apostolico inhærens. Quodsi hæc, quæ citatis

testimoniis insunt perpendantur, quisq. intelligit quoq. confirmari singula ea ex historia, quoq. de indole ss. Litterarum in antecedentibus diximus - pari modo probare etiam Thesim, quam §13. h. P. ex sacris litteris deduximus, scil. verba, quoq. Christus ad Apostolos dixit, ad eos solos pertinere, et esse essentiale discrimen inter Ecclesiam docentem et discentem. -

Hisce omnibus argumentis probatum est: Normativam Fidei pegalam esse Traditionem.

§24. Definitiones et divisiones.

Quibus bene intellectis, facile fluunt Definitiones et Divisiones necessario. Intelligimus scil. sub Traditione, qualemus è normativa Fidei Christianæ:

„doctrinam divinitus revelatam a Christo et Spiritu s. Magisterio Petro Apostolico commissam". Legitimam esse hanc Definitionem, patet ex antecedentibus. Dicimus autem „a Christo et Spiritu s.", quia Christus expressis verbis plenariam Apostolorum institutionem a Spiritu Sto repetit, dicens Joan 16, 12-13.: „Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis capere modo, cum autem venerit ille Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem". Vocantes hanc doctrinam traditionem innitimur antiquitate Ecclesiastica, quæ, ut ex testimoniis allatis patet, sic semper eam compellavit, et non multum recedimus a consueta hujus vocis significatione; etenim, tradere et traditio παραδιδόναι et παράδοσις sensu latissimo, significant: transfere de uno ad alterum e.g. arma, dein significavit institutionem, quæ fit quasi per translationem idearum spiritualem, et quidem qualemcunq., sive illa fiat scripto tenus, sive viva voce. Sic illo vocabulo utitur Quinctilianus liber III cap. I. in Institutionibus oratoriis - et ipse Paulus doctrinam traditam et per Epistolam communicatam II Thess. 2, 14. uno vocabulo: Traditionem appellat. In nostro ergo significatu hoc vocabulum sensu lato strictiori acceptum, nullo respectu habito, sive dein scripta sit, sive non scripta,

qualenus scil. Magisterio Petro-Apostolicō omnis Christi doctrina per-
posita est, et per illud de ore ad os propagata. —
Hęc traditio variis epithetis exornatur, - dicitur divina, quia Deum
habet auctorem, qui doctrinam hanc magisterio suo commisit; dicitur
originaria, quia viguit ab initio, dum Ecclesia Christi fundaretur;
- normativa, quia regula credendi a Christo data est; - viva, quia ma-
gisterio apostolico, nunquam emoriturō, sed in apostolorum, succes-
soribus semper vivo commissa est, illis inharet; - dicitur porro
etiam formalis, ad illam distinguendam a materiali, de qua
dictum erit sermo. Vocabula autem: „Regula fidei, norma credendi,
depositum fidei" habemus cum traditione nostra sensu accepta,
identica seu synonyma. —
Quodsi relationem hujus traditionis ad sacram scripturam investigare
velimus, ea facile patet. Etenim sub scriptura intelligimus „com-
plexum librorum, in quibus pars illius vivi depositi, per in-
spirationem Spiritu sancto afflatos fidelis est consignata": ex quo patet
auctoritate nullatenus differre scripturam a traditione viva, nec
certitudine; ambo enim continent verbum divinum objective ve-
rum, sed differre primo: amplitudine; quia Traditio latius patet, quam
scriptura, pars enim in hac, totum in illa continetur. — Traditio
porro antiquior est scriptura, exstitit enim Ecclesia Christi jam
per terrarum, verbo inspirato Dei, antequam illius Hagiographorum scri-
psisset, - est etiam clarior, quia tecta antiquitate, scriptura ex-
positio legitima, - eget Traditione. - Verbum autem hoc divinum
non tm a viris Spiritu sancti afflatis est consignatum, sed pla-
res alii quoq, qui approbationem Ecclesiæ v. ex integro, v. ex
parte meruerunt occasione data, v. necessitate urgente, majorem
v. minorem partem ejus scripserunt. Patres vocat Ecclesia,
ejusmodi viros. - Indepen et in confessionibus Martyrum, va-
ribus diverso tempore a magisterio institutis et servatis. Orali-
bus, et aliis ejusmodi illud divinum depositum resplen-
det. —

Complexus eorum, quae de verbo Dei vivo scripta sunt, dicitur Traditio materialis. Differunt, quod facile patet, haec Patrum scripta, et testimonia a scriptura scr. origine, et auctoritate. Relatio hujus materialis ad formalem traditionem infra docebitur. Traditio haec formalis, seu divina, si ex diverso fine consideretur, dividitur: in constitutivam et dogmaticam et in hermeneuticam. Prior circa dogmata Religionis Christianae versatur, quidquid sit credendum proponit, posterior sensum genuinum ex ss. litteris eruit, vel inventionem ejus juvat. Divisio nititur, quod vidimus, ipsa antiquitate ecclesiastica. Dividunt porro divinam traditionem in dominicam et divino apostolicam, prout vel a Christo ipso, vel a Spiritu Sancto docente verbum Dei acceperant Apostoli. Cum autem idem sit, sive Christus per se, sive per Spiritum sanctum docuerit, nec diversa quoad auctoritatem, unam tantum agnoscimus traditionem, divinam. — A divina differt traditio humana quoad fontem et quoad auctoritatem. Est scil. humana, quae homines habent auctores, et quia de traditione religiosa sermo est, illos ipsos, qui ad magisterium apostolicum pertinent omnes, ea tamen, quae tradunt, non repetunt ex vivo depositio divinitus tradito. Haec humana dividitur: in mere Apostolicam, et ecclesiasticam. Prior, quae Apostolos quidem habet auctores, quatenus Ecclesiae erant rectores, et pro temporum, locorumque circumstantiis nonnulla ordinarunt, velut: de non manducando suffocato et sanguine, Act. 15. 20: de non ordinandis neophytis 1. Tim. 3, 6. de velamine mulierum 1 Cor. 9, 5. — Ecclesiastica, subsequentes antistites ecclesiarum habent auctores; huc pertinent pleraeque ritus in administratione Sacramentorum adhiberi soliti occidentales, mas aqua benedicta. etc.

§25. Corollarium.

Argumentis pro valore Traditionis originarij, et cum intimo ejus cum magisterio Petro-Apostolico nexus rite perpensis, veritas simul probata est asseri nostri §17. propositi; nempe verbum divinum in Ecclesia docente asservatum nos jure obtinere principium Fidei Christianae; - etenim, si verum est, Christum Apostolis suis, eorumq. successoribus tamq. Collegio fixo et clauso, verbum suum ita tradidisse, ut illud custodiant, exponant, sicq. ad posteros propagent, si praeterea, quia Scriptura s. superadditio est, illa traditio valore suo non excidit - sequitur, rationem ultimam, cur aliqua doctrina a Christi sententia repetatur, esse exinde repetendam, quia illum magisterium a Christo constitutum, qua talem docet, ex vivo depositi in suo asservato illam depromere; - ultimam autem hanc rationem principium diximus; Ergo etc. -

§26. Epicrisis et Transitus.

Ratio humana etsi de principio tali a priori nihil valeat judicare, et illud omne ab Auctoris Revelationis repetat voluntate, convenientiam tamen hujus, quod Christus dedit, cum indigentiis generis humani, apprime intelligit. Agnoscit enim per vivam vocem esse aptissimum Religionis introducendo mediumq. et propagandae si quidem Religio sit universalis, et positiva; nam apparatus eruditionis ad scriptum quidem, cumq. antiquum intelligendum, necessarius, maximae hominum parti non convenit, et librorum maxime antiquorum, qui veritates abstractas, rationemq. transcendentes continent, interpretatio si hominum ingenio relinquatur, hominq. magis separat, quam conjungit, quod unitati Ecclesiae repugnat. Interim tamen librorum ss. qui historica Revelationis argumenta, doctrinacq. summa lineamenta contineant, utilitatem, imo necessitatem aeq. perspicit ratio, ut nempe habeamus, ex quo pro veritatis demonstratione progrediamur, fundamentum sole dignum, et totidem

doctrinarum propositarum, et ex vivo depositi perceptarum recor-
dationes, illasq in memoriam revocandi media efficacia, sed et demon-
strationes pro illis proprijsue, qui extra veram Christi Ecclesiam vi-
vunt, horum tamen Librorum veneratione perfunduntur. Sic, quae ex
solis litteris scriptis oriuntur, pericula - per vivam Traditionem ma-
gisterio divinitus instituto, et vivo interpretem, cavantur, vivi ta-
men depositi doctrinae singulae, dari non omnes, tamen plerasque
in fixis litteris acquirunt sui demonstrationem, totaq Theologia ex
documento historico certissimo, suum fundamentum. Sic omnia cohprent
tamen homo, ne audeat separare, quod Deus conjunxit. Sed haec medi-
tantibus gravissima oritur quaestio, num haec omnia, quae diximus,
sufficiant ad fidem rationabilem, contra quam dubium prudens mo-
veatur, inter homines provocandam. Ultimo enim, quod vidimus,
omnia a magisterio Apostolico pendent, cui illa viva Traditio
inhaeret. Sed homines sunt, quibus illud magisterium constituitur,
erroribus, qua tales obnoxii. Hinc sedis Dei fundatus, ne divi-
na quaq doctrina, hominum manibus commissa temporis successu
pessumietur, et ab avita puritate degeneret - et quidem eo magis,
quo sublimiores veritates ipsae sunt, quae ad revelationem pertinent.
Providit autem clementissimus Salvator aliunde, et hac respectu magi-
sterio suo muniens illud auxilio supremo ita, ut omnis a vero
Revelationis sensu aberrandi possibilitas excludatur.

De Infallibilitate Ecclesiae

§27. Christus Ecclesiae suae perpetuum Spiritus S. auxilium promisit.

Testimonia ex ss. Bibliis, quibus Christus aperit: tuto Ecclesiae suae
fidem posse haberi, quibus ipsum illud ipsum auxilium divinum promisit,
quo adversus omnes adversariorum anfractus et conamina stet tuta,
et incolumis, redeunt ad sequentia: I. Matth. 16, 18. quem locum, alium in
finem 514 citavimus, dixit Christus: „Tu es Petrus, et super hanc Petram

ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam.
καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. – Sensus est: Nulla portæ
ipsas, ne illa inferorum quidem, Ecclesiæ meæ pessumdabit integritatem, immola-
bit inter anfractus, et tumultus omnes, nihil decoris, nihil veritatis amittens, quem sensum sic vindicamus. κατισχύω significat:
invalescere, præevalere adversus aliquem, igitur portæ inferi intuitu hic
loci, tanquam subjectum, indicant potestatem. Hæc significatio usu
loquendi Hebræorum confirmatur, quia enim vel circa portas urbes
fortissime muniebantur, vel quia circa easdem judicia exercebantur, trans-
latum est Hebræorum שַׁעַר, cui græcum πύλη respondet, ad
potestatem in genere designandam, viget hic mos loquendi adhuc in O.
riente, e.g. in porta Ottomanica." Hæc πύλη in nostro loco accura-
tius determinatur per adjunctum ᾅδου; ᾅδης significat: a) orcum, i.e.
locum sub terra, ut putabant, existentem, obscurum, et tenebricosum,
cui mors tanquam persona præest, in quem mane congregantur
heroes, et principes, cum omni sua armatura descendant. b) Infer-
num, tartara, loca scil. pœnarum, imprimis post mortem in societa-
te malorum tolerandarum. In quocumque significatu accipiatur,
nostro in loco "portæ inferi" violentissimam potestatem significat,
ut sensus sit: Hæc infensissima quidem potestas, edi locum re-
gnum orci v.p. satanæ undas adversus Ecclesiam meam, aliquid cum
fructu tentabit v.p. efficiet. Ex quo autem sic inferimus: Christus
indubie hic loc. Ecclesiæ suæ promisit victoriam sempiternam,
absolute enim loquitur, nec ad tempus illam victoriam restringit. –
Jam vero Ecclesia Christi desineret esse victrix, quam primum
in rebus ad symbolum, codicem et rituale, quibus essentia Eccle-
siæ constituitur, pertinentibus v.p. minime a veritate deflectere
posset, error enim v.p. maxime illam exerceret, et in re religiosa
magis timenda, quam bellum et fama qualiacunq. In hisce autem
non subsistit Salvator, indicans quoque:

II. Quomodo hanc firmam in veritate perseverantiam efficere velit, docet enim Matth. 28, 18-20. „Data est mihi omnis potestas in coelo et in terra; euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii, et Spiritus Sancti; docentes eos servare quaecumque mandavi vobis; et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usq. ad consummationem saeculi." „ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος." – Sensus est: Macte virtute animi, auxilio adero vobis, quoties necesse fuerit in aeternum. Esse cum aliquo, significat in qualibet lingua: opem ferre, adjuvare aliquem, nominativo in N.T. e.g. Joannes 3, 2. Nicodemus venit ad Jesum dicens: „Rabbi! scimus, quia a Deo venisti magister, nemo enim potest haec signa facere, quae tu facis, nisi fuerit Deus cum eo." – i.e. nisi a Deo adjutus. – Acta 8, 26: „Qui me misit, mecum est, et non reliquit me solum". Promisit ergo Christus hic loci Apostolis auxilium eo, quia futurus est cum illis. Ad quale negotium Christus promisit auxilium suum, patet ex contextu, nempe ad munus docendi, de hoc enim loquutus est cum illis in immediate antecedentibus: „Ite, docete, ego vobiscum ero." Promisit autem Christus non Apostolis tam, sed eorum in munere successoribus quoq. dicens: „usq. ad consummationem saeculi." Nam: – συντέλεια τοῦ αἰῶνος – significat: mundi visibilis finem e.g. Matth 13, 39: „Messis, consummatio saeculi est". v. 40 „Sic erit in consummatione saeculi." et hoc significatu haec formula in N. Foedere occurrit. – Cum jam Apostoli usq. ad finem mundi non erant victuri, sub illis, et successores in munere docendi intellexit Jesus, et quidem: formula: „in aeternum – in ss. libris, aliis quoq. in ejusdem locis adhibetur tunc, cum sub certis personis etiam successores intelliguntur, e.g. Macab. I, 14, 41. „Judaei et summi sacerdotes consenserunt: eum (virorem) esse ducem suum, et summum sacerdotem in aeternum." ubi aperte sub eo posteri quoq. intelliguntur Simonis, qui futuri sunt, patres, sicut Patres, Duces et summi sacerdotes. Illorum exposito, qui putant per saeculi consummationem intelligendum

/.

Hierosolymorum excidium, et Christum Apostolis, ibm usq ad illud tempus auxilium suum promisisse, facile refutatur, gratis enim assumitur, emphasi repugnat, qua Christus verba protulit, et dicendum esset illud auxilium a Joanne recessisse antequam moreretur, ille enim ex. cidio supervixit, quod sane absurdum est. Jam ex his dic. inferimus: Si Christus Apostolis, eorumq successoribus in munere docendi adest auxilio suo, – ab omni proprimis errandi periculo et erroribus eos preservat, necesse est; – nisi id faceret, error in eum ipsum redun. daret, nec intelligeretur, in quo illud auxilium consistat, cum veri. tas prima duo sit, quae in persuasione religiosa, circa quam to. la versatur, res ecclesiae requiritur. Sed et porro:

Accuratius Christus determinat, quomodo Ecclesia sup illud auxilium sit daturus, nempe: per Spiritum St. Inter promissiones enim, quas Christus ad Apostolos toties repetierat, de Spiritu venturo, tales etiam sunt, quae non ad Apostolos sunt restringendae, sed quibus asserit illud auxilium mansurum esse aeternum penes Ecclesiam Joann. Joan 14, 16-18: „Et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis ut maneat vobiscum in aeternum." – εἰς τὸν αἰῶνα. – Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non vidit eum, nec scit eum: vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit et in vobis erit. Non relinquam vos orphanos." Hae in promissione sunt sequentia: α) Promittit Christus παράκλητον, vices ejus supplentem, adeoq doctorem, monitorem, adjutorem; talis enim ipse erat. – β) Qui impediet, quominus in errores incidant, vocat enim illum Spiritum veritatis, qui pro ipsa natura sua permittere non potest, ut a veritate deficiant. γ) Qui mansurus sit apud Apostolos sed non apud illos tm, sed εἰς τὸν αἰῶνα in aeternum, adeoq etiam apud successores eorum in munere sacro. – Huc pertinent ea, quae sub Nro 2do supra diximus. –

Hisce ergo promissionibus Christus certe aeternam victoriam Ecclesiae sup praedixit quidem per auxilium, quod datus sit per Spiritum St. victoriam sane pulcherrimam, ut plane persistat in veritate tradita, nec tantum unquam ab illis recedat, quae de Deo adduxerat Salvator. —

§28. Et dedit.

Dedit et veracissimus Salvador promisit. Non diu post obitum suum ex hisce terris, mittens Apostolis Spiritum promissum §26. P. II. A. Ilio ergo respectu, quod facile potest hic loci in factum consideramus, quam consideravimus & prædicto; - quatenus scil. missio Spiritus Sti. et causa Ecclesiæ Christi vere, quæ per auxilium hoc die Pentecostis concessum, victrix in veritate stat per omnia sæcula. Ecclesia ergo Sti vera, non aliam sup originis celebrat natalem, nec celebrare potest, quam ipsum hunc Pentecostis diem. -

§29. Datum in hunc finem agnoscunt Apostoli.

Verba, quibus promissiones prædicto continentur, et auxilium divinum in finem Ecclesiæ Sti pure conservandæ concessum, esse bene Apostoli intellexere, - quapropter magnificentissimis encomiis extollunt Ecclesiam Sti eam sub immediato Christi et Spiritus Sti influxu collectam esse, veritatem in illa sola invenire dicunt. Aliqua eam in rem testimonia selegimus, præcipue ex Epistola ad Ephes: Actis scil. gratiis pro dono Spiritualibus, quibus exornandi fuerunt fideles, mox infert Apostolus, 1,22-23. „Et omnia subjecit sub pedibus ejus, et ipsum dedit Caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius et plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur:" - τὸ πλήρωμα τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου. - i. e. Christus est Caput Ecclesiæ, quæ eo impletur qui omnia in omnibus implet. - i.e. Ecclesia sola per eum sustentatur, tamquam Caput, ille in membra influit. Quapropter 2, 19-22: „Vos jam non estis hospites et advenæ," dicit qui ad Ecclesiam Sti pertinent. - „sed estis" inquit „cives Sanctorum, et domestici Dei; superædificati super fundamentum Apostolorum et Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Deo, in quo et vos coædificamini, in habitaculum Dei in Spiritu." Quomodo jam, quærimus Apostolus hæc de Ecclesia Sti prædicare potuisset, si vel minimum ab avita veritate, quæ præcipua in veritate conspicitur deflectere posset? - Esset ne talis Ecclesia, erroribus obnoxia, templum

/.

Deo sanctum, Dei habitaculum? - Possetne Sanctissimus erroribus ad naevis delectari? 4, 11-16: „Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores et Doctores, ad consummationem Sanctorum." i. e. Christiani, quos Sanctos Dei appellat, perficiantur „in opus ministerii" i. e. ut ministerium sacrum pile peragatur, in aedificationem Corporis Xti, donec occurramus omnes in unitatem Fidei et agnitionis Filii Dei." - Dato esse diversa munera ecclesiastica, dicit, ut unitas in fide et agnitione Filii Dei servetur, sectis scil. erroribus et oppositis Doctrinis, quae Corpus Xti lacerant. - „In virum perfectum" - i. e. per magisterium Apostolicum velint homines perfecti viri fieri: - „in mensuram" i. e. dignitatem exemplo Christi, conformem exhibent Christiani, „aetatis plenitudinis Xti." i. e. a qua una et vera agnitione ptas hominum maturae et virilis aetatis pendet: „Ut jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris." - Infantes vocat omnes, qui distorti adversariorum opinionibus circumagantur, quas ergo, quod ex antecedentibus patet, tollat ipsum hoc ministerium apostolicum. - „Veritatem autem facientes in Charitate, crescamus in illo per omnia, qui est Caput Christus; ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem junctionem subministrationis, i. e. influentis in membra capitis - „secundum operationem in mensuram unius cujusque membri, augmentum corporis facit in aedificationem sui in Charitate." - Diserte ergo Paulus hoc in loco, memorato dignissimo, absentiam omnis erroris in Doctrina Christi et Patres desideratam unitatem ab Apostolico repetit ministerio, addens simul causam, propter influxum capitis in membra ecclesiastica, quo toto loco optime Christi verba commentantur: „Et ecce ego vobiscum sum." Haec quidem valt Apostolus, 5, 27, ubi, Ecclesiam dicit: non habentem maculam, neq. rugam, aut aliquid hujusmodi;" cum vocat illam Sanctam et immaculatam." (59). Non enim intelligeretur, quomodo Apostolus talibus eam exornare praedicatis potuisset, nisi eam omnis errandi periculo expertem habuisset. -

1.

Quod attinet ad locum I Tim. 3, 14-15, qui a multis quoq; Catholicis pejerative, notamus sequentia: Dicit nempe Apostolus: „Hæc tibi scribo sperans me, fore te venire cito, si autem tardavero ut scias, quomodo oporteat te in domo Dei conversari, quae est Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis" v. 16. pergit Apostolus: „Et manifeste magnum est pietatis Sacramentum, quod manifestatum est in Carne etc. et loquitur deinde de incarnationis dominicæ mysterio. Jam Diversitas explicationis pendet ab interpunctione. Aliqui enim putant punctum esse post verba: „Dei vivi" referentes cætera ad sequentia, quasi diceret Apostolus „Columna et fulcrum veritatis, i.e. totius Religionis Christianæ, est mysterium Incarnationis, quod vel maxime ad pietatem excitat etc. Quo jacto stabilito dicunt, ex quo contextu non posse peti argumentum pro infallibilitate Ecclesiæ. Putamus autem:

1mo Etenim interpunctione mutata manere Ecclesiæ prædicatum, quod sit στύλος καὶ ἑδραίωμα. Prædicatum, quod sicuti ex locis ex epistola ad Ephesios demonstravimus, Ecclesiæ absolutus non posset, nisi sub speciali Dei tutela collocata esset, quod si certum est, omnis erroris periculum ab ea aperte excluditur, secus enim desineret esse Ecclesia Dei vivi.

2do Quod autem interpunctationis ipsius attinet mutationem, illa prorsus nova est, patres enim omnes et codices, ada etiam ipsa versio Lutheri pariter et versio Ecclesiæ anglicanæ: columna et firmamentum veritatis, referunt ad antecedentia. Deinde interpunctio Vulgatæ probatur non loquendi, cæterum de Ecclesia confecto, quæ modo domus, modo super petram ædificata dicitur, cujus lapis angularis est Christus, quæ omnes expressiones ab ædificiis petuntur, ut adeo: „columna et firmamentum" tamquam prædicata ad eam apprime quadrare agnoscuntur. Minus autem videtur quadrare si ad sequentia referantur, tunc enim Apostolus mysterium incarnationis, fulcrum et firmamentum veritatis appellaret, sed potius est veritas ipsa. —

Optime autem insuper omnia cohærent, si hac appellatione Apostolos Ecclesiam insignivit, cui, quod ex aliis locis abunde minus hoc est omnis reliqua veritas Christiana cum firma certitudine inhæret. Nec obstat Ecclesiam in immediate antecedentibus Dici Domum, nam putant minus congruere illam in tali nexu simul appellationi columnam et firmamentum. Metaphorice dictum esse enim utrumque. Ecclesia autem in utraque expressione alio sub respectu considerabatur. Hæc in eum finem dicta sunt, ut appareat, locum, ut aiunt vexatum non esse talem, qui facile declinandus; argumentum autem pro re nostra facile deducitur; si enim Ecclesia Christi columna firmamentum est fundamentum est, unam illam et æternam Dei viri doctrinam propheticam, nec unquam a traditio depositi deflectere possit, necesse est. Deleat enim secus vel potius nullum esset veritatis fulcrum. - Nam minus idem probatur ex effato et facto Apostolorum in Concilio Hierosolymitano primo, ubi agebatur de legalium observatione. Paulus scil. et Barnabas Hierosolymam profecti accedantur, scissionem inter illos, qui ex Gentilismo et Judaismo converti erant ad forum Apostolicum relatum, ubi simul ac advenerunt „congregati sunt Apostoli et Presbyteri" non universus credentium cœtus „videre de verbo hoc" Act. 15, 6. Re perpensa et ponderata Petrus sententiam proponit, quam suis quoque suffragiis Paulus et Barnabas, nec non Jacobus et Presbyteri confirmant, et denique sententiam ferunt, 2, 28. „Visum est enim Spiritui Sancto et nobis, nihil ultra imponere vobis onoris quam hæc necessaria", quae propositio hac paraphrasi reddenda est, visi omnes esse videamur. Visum est nobis a Spiritu S. electis, quove decretum, quod ad vos misimus, non humana sed divina auctoritate conceptum esse putetis. Frustra opponunt adversarii argumentum hoc vacillare, quia quod Apostoli de se prædicabant, non possit extendi ad subsequentem Ecclesiam, cum Apostoli singuli repleti fuerint Spiritu Sancto. Dicimus: frustra, nam quominus

ad Apostolos solos pertinuisse Spiritum S. dicatur, prohibent textus a Christo prolati, ubi auxilium aeternum promittit adeoque non Apostolis soli, sed et successoribus. Deinde, si Apostoli eatenus soli loculi fuissent de Spiritu S, qualenus singuli eorum erant repleti, non opus fuisset concilium cogere, cum quilibet per se provocando ad Spiritum S, litem dirimere potuisset. Cum autem nihilominus congregati deciderant, normam perscribere voluisse censendi sunt subsequuae Ecclesiae, in qua, quod videbimus, non singuli illato ab in errantiam accessaria Spiritus S. dote ornandi erant, sed successores Apostolorum in universum. — Sic ergo firmis argumentis evictum est Christum auxilium sempiternum Ecclesiae suae promisisse, dedisse per Spiritum S. et Apostolos illud datum agnovisse. Si quaeritur: propter qualem finem illud datum sit auxilium? ille in citatis testimoniis clare continentur, scil. ob doctrinam pure conservandam, sine errore exponendam, et controversias super fidem exortas dirimendas legitime et absq errore. Priora per se patent, ultimum autem ex pericolosa natura liquet, cum pecte controversiis exortis, ubi pericolas fidei v. maxime periclitatur, illud auxilium propterea sit necessarium. Idem etiam docet Apostolus loco citato ad Ephes. ubi contra novationes malevolorum propositiones magisterii Apostolici auctoritatem urget. Docuerunt autem Apostoli facto quoq in ipso concilio Hierosolymitano modo exposito. Quae propter ex adductis argumentis jure dicimus: fidei puae conservationem ejusq expositionem, controversiarum super fidem Christi exortarum judicem supremum, erroris possibilitate exclusa esse Ecclesiam Petro-Apostolicam a Spiritu S. rectam. Ea autem omnia extra dubium omne collocantur per historiam, quae hanc fidem viguisse disertissime docet, ex qua simul patebit, nos textus ex s. Scriptura allatos legitime exposuisse. —

§30. Argumentum historicum.

Et quidem in legitimem classem omnia huc pertinentia dividimus testimonia: Ad primam referimus Symbola, ad secundam dicta Patrum effata, ad tertiam praxin in conciliis manifestatam. Auctor pag. 199, 201, 211. Origines, Clemens Alexandrinus, Ignatius.

§31. Conclusio et Transitus ad sequentia.

Hisce probavimus Deum nostram de singulari auxilio, quod Christus Ecclesiae suae concessit, quod nequaquam ad tempora tm Apostolorum restringitur, sed est universale et perpetuum quasadusq; Ecclesia ipsa durabit, ad finem ergo speculorum usq. Sunt jam argumenta allata ejusmodi, ut omnem hisporicam fidem rejiciat necesse est, qui de eorum valore dubitaverit. Videremus hominem infidelem senatum, populumq; Romanum exstitisse, v.g. qui bella punica gesta esse, Pompejum, Caesarem, Ciceronem vixisse negaret. Quam vero firmiora et longe numerosiora pro nostra etiam sententia argumenta! Sic certe fides nostra in hoc divinum auxilium est sane plausibilis, praecipue, cum talis auxilii pro fine revelationis Ecclesiae necessitatem aprioristice quoq; invictis argumentis valeamus demonstrare, de quibus in sequentibus.

§32. Necessitas talis auxilii.

Talis praejudicii non capta, supra indolem revelationis, qualis est indigentiis nostris nobis necessaria est, qualem Christus nobis dedit, et superadas, quas Salvator Ecclesiae suae praescripsit, reflectens, necessitatem continui auxilii divini pro conservanda et exponenda revelatione et fidei controversiis dirimendis ita cognoscit, ut sine illo actum esse de ipsa revelatione et Ecclesia firma persuasione asseveret. Etenim. scimus:

1mo Talem revelationem nobis necessariam esse, qui magnam partem limites humanae rationis transcendat, i.e. dogmata contineat, in quibus quidem, quid subjectum et praedicatum sibi velint, intelligimus, quorum lumen ad invicem rationem non perspicimus, quae tamen sunt objecta fidei, stricte sic dicta propter revelantis Dei auctoritatem. Quodsi jam de vero et genuino sensu harum rationem transcendentium veritatum quaestio moveatur, judicium instituri debebit, quo vera doctrina a falsa qualicunq; opinione dijungi et enuntiari. Judicium autem tale a potione sibi relicta, utut culta, instituri non posse, certissimum nobis est. Nam judicare, est affirmare v. negare hoc v. illud praedicatum, hoc v. illo respectu

respecto subjecto cuidam tribui. Veritas autem v. falsitas judicii innotescit, si sententia ad objectum ipsum referatur, et cum illo v. consentiens v. vero dissentiens cognoscatur, quod fieri possit, supponitur, ut res, de qua agitur, et de qua judicet homo, sit nota, in qua relatio prædicabilis ad subjectum patet, adeoq objectum ipsum limites rationis non transcendat. Si enim homo judicium de rebus rationem transcendentibus ferre vellet, coecus similis esset, qui de coloribus judicet, v. puero, qui problema de quadrato hypothenusæq solvat, dum theoremata de Triangulis non callet. Quomodo hæc ad revelationem materialem applicentur, in propatulo est. — Sanea porro intelligitur, quid de revelatione materiali fiat, si judicium super illam hominum ingenio relinquatur. Subjectivis repræsentationibus campus latissimus aperitur, suos qualescumq conceptus cum illa conjungent, verbum Dei tali modo corrumpent, rescindent v. dolent, prout cuiq fiat visum, id non mirum, cum basi firma destituantur et fundamento judicii objecti scil. ipsius cognitione. Quid imo si nobis humana, quod demonstravimus labila et imbecillis est, ad veritates Religionis supernaturalis, quæ tamen limites suos non superant, non detegendas illas, sed et retinendas, qui modo transcendentes sensus incontaminatas et puras sibi sola relicta, sed negue

2do Christus, si hominum ingenio suam revelationem committere voluisset, fieri, Ecclesiam neq unam, neq sanctam concedere velle potuisset. Non unam, nam quod experientia docet, homines quoq semper in quotidianis commerciis in partes abeunt, et vix pauci inveniuntur, qui in rebus obviis ejusdem sunt sententiæ, quanto in rebus quotidianis fit nunc in rebus adeo sublimioribus, iisq rationem transcendentibus multo magis imo necessario eveniet. Talis quidem dissensus in rebus fidei communis ferri poterit, in rebus tamen Religionis tristissimos habebit effectus. Non enim ab hominis commentis hunc differet Religio quam cuilibet ad suas partes trahere et pro libitu interpretari et exponere licet. Si omnis Ecclesiæ finis abrumpetur, persuasio nunquam firma stabit, condimus homo opinionum fluctibus circumagitabitur, et veritatem ignorans cingetur. Sensualibus autem adeo blanda via et devia cum sapiet, cum in doctrina adeo flexibili aggerem

aggerem non invenerit, qui declamenta ejus frangat. Nec audiendi sunt illi, qui varietatem sicut ad mundi pulchritudinem ornatumque, sic et ad moralis pertinere putant, quapropter diversas religiosarum idearum formulas. Pulchritudo enim in regno moralis unice in veritate et virtute invocata consistit, veritas autem una est. Quodsi pares ob communem rationis humanae indolem, consensum in naturalis Religionis capitibus postulant, illumque tandiu vigere cupiunt, concedant nobis pariter, qui ejusdem naturae communis indigentiis spiritualibus, ipsumque Dei esse revelantis unius in essentia, objectivitatem minime, dum revelationis necessitatem defendimus, concedant, inquam, nobis illam in objecto unam tam esse posse, cujus ergo unum sensum objective rerum omnes pertineant, nisi fidei ipsi repugnet, velle quod debet Deus, quod cum sine auxilio speciali divino fieri non possit, patet illud pro unitate Ecclesiae esse necessarium. Sed neq. staret Ecclesiae sanctitas, sanctitas enim objectiva omnem errorem excludit, cum jam Ecclesia ad Deum referatur auctorem, sicut ipse objective sanctus est, objective sanctam condere potuit Ecclesiam, adeoq talibus eam bonis ornare debebat, quae ipsum errorem qualemcunq excludant, secus enim error, qui in Deum peteretur, atqui sine speciali auxilio divino revelationis materialis necessario degeneret, erroribus repleretur, ergo nec objective stet sancta, suo eam auxilio munire debebat. Haec ergo ex ratione sua certa sunt, clariora autem fient, si, quibus placitis ducantur, ad ea, consideremus.

§. 33. Placita adversariorum.

Sicut in normativa Fidei, sic et in controversiarum Judice, nobiscum non consentiunt Acatholici, non tamen iisdem placitis omnes ducuntur, sed diversa deducimus:

I. Plurimi eorum est, qui Judicem controversiarum dicunt sacram Scripturam, in qua Deus voluntatem suam reposuit, ex qua ergo etiam interpretatione legitima possit hominis. Sic quidem Protestantes, qui ut habet Gerardus Tomo II locorum Theologicorum §. 452. Statuunt:

a). Judicem controversiarum fidei infallibilem ac principalem esse ipsum

ipsum Deum. b. Ministerialem aõ inferiorem esse Ecclesiam s.e. Pastores et Doctores, erroribus tamen obnoxiam. c. vocem Judicis principalis, et non nam Judicis ministerialis esse s. Scripturam. d. Neminem obligari ad Ecclesiae judicium amplectendum, sed licere quemlibet in judicio suo posse. – Quapropter, quod jam dicimus 317 sacras Scripturas aõ sicut sufficientes, sic et satis perspicuas defendunt, ut ab eo interpretatio legitima locum habere possit. – In his fere generibus omnes fere consentiunt Lutherani et Calvinistae, qui verbo divino positivo adjecendo eo solum discrimine, quod aliqui sint, qui quemlibet obscurum aptum esse dicunt huic interpretationi v. expositioni investigandae, – quod negotium alii committunt Pastoribus, et Doctoribus tm, sed saltem iis qui traditione pollent, omnibq apparatus biblici eruditione sunt ornati. –

II. Classis est eorum, qui judicandi Religionis sententias jus, ita competere dicunt rationi humanae ut quidquid illa non perspicit, sit rejiciendum, et vehiculum tm reputandum introducendae Religionis pure-rationalis. Haec Socinianorum et recentiorum Rationalistarum sententia qui propterea de objectiva revelationis perfectibilitate loquuntur, sub qua intelligunt eam Relig. Christ. conditionem, quae sub formulis positivis, rationis sc. ambitum excedere videntibus Religionem tm naturalem coarctet, a quibus formulis sit pedetentim evuncta, donec pura generis humani cultura, sola in orbe terrarum vigeat Religio naturalis. Quapropter hi, sicut principium constitutivum omnis Religionis rationem humanam habent, sic et pro canone omnes controversias dirimendas. –

III Classis est Phanaticorum, qui ad lumen internum Spiritus S. provocant, tamquam ad infallibilem normam, aut tribunal supremum controversiarum fidei, quod singulis sine discrimine conditionis fidelibus tribuatur. – Quid jam contra haec placita dicendum sit, investigandum est. –

§34. Contra I^mum Clesium.

Contra primam jam sententiam generaliter manenda sunt omnia, quae jam exposuimus in antecedentibus. Illud enim placitum fundamento destituitur cum tenuis sufficientia et perspicuitas ss. litterarum ea non sit, quae jactatur (§21).

Insuper experientia omnium actatum, ut ex testimoniis cuilibet patet, testatur, apicum medium continuae successionem perpetuam scripturam non esse, cum omnes hucusq. haereticis ad eam provocaverint (§23), propterea huc pertinent omnia, quae (§32) diximus, cum ubi vocem Dei principalis Judicis contineant ss. Literae, interpretatio tm humana, semper subjectivi aliquid manet mutationibus obnoxium, quodammodo in rebus revelationis materialis, quam necessariam esse ii, qui ad hanc Caesem pertinent, defendunt Judices ministeriales sibi soli relinquuntur, erroribusq. obnoxii sunt. Sed habemus etiam, quae specialiter contra illud Placidum dicamus. —

Christus Ecclesiam voluit catholicam, hinc et aptitudinem ad hunc finem medium velle, et ordinare debuit. Aptum vero medium negua quam est scriptura humanae interpretationis relicta: nam, si humanae experientiae verbum divinum, ubi est in scriptis illud sit consignatum, tot linguarum, nemo sani dixerit, quemlibet obscurum, aptum interpretem ejusdem esse. Plures enim vix legere noverunt, pauci admodum linguas antiquas callent, vel iis adminiculis hermeneuticis instructi sunt, quae ad sensum ex libro antiquo eruendum necessaria sunt. Ii ergo omnes, quorum certe maxima pars est, si Revelationis placita dijudicare, et amplecti vellent, principiis hocce fabilibus, ad textionem et expositiones eruditorum erunt remittendi. - Cui autem, - si jure quaerimus doctrinam eruditorum inhaereant, cum hi ipsi, et super de regulis hermeneuticis, altercentur, et in exegesi in diversissimas abeant partes? - Quale vespitalis perpetuum illud is suppetit, cum neq. rationibus capiendis, quibus inducti eruditi sic et non aliter interpretentur, sint pares, quod tamen ante omnia necessarium esset, si integrum cuiq. sit optimam quam in amplectendo sensu Revelationis, sequi persuasionem?

Nulla sane persuasio dari potest, pertinabilis, ubi obiectum ipsum rationem humanam superat, argumento autem pro hoc v. illo forsan neg. capiunt. Propterea tuto asserimus id, quod Protestantes nobis solent obje-cerunt: nempe: Fidem nostram, prout ex infallibilibilis Ecclesiæ Christi-anae Dogma, esse coecam, et infallibilem, jugum tyrannicum esse — in illorum sententiam pecidere. Jam diu enim populi Protestantici fi-dem vocabimus coecam, quamdiu in hermeneutas et Exegetas nonnul-lus prit conversus, qui ipsi textum inspicere, et in originali legere discant quae Apostoli scripserunt, jugum, appellabimus tyrannicum esse, — in illorum sententiam pecidere. — Jam diu enim populi Protestantici fidem vocabimus coecam, quamdiu in hermeneutas et Exegetas non fue-rit conversus, qui ipsi textum inspicere, et in originali legere discant, quae Apostoli scripserunt, jugum, appellabimus tyrannicum, auctoritatem mere humanam Doctorum, qui, quod jam saepius observavimus, in objectis materi-alis Revelationis sicut inculti nullo certo veritatis praecidio gaudent, utut in scriptura aliqua verbum divinum sit consignatum. Dicunt quidem Deum, si verbum suum etiam pectinis limites transceendens scripsis con-signare voluit, ss. Scriptores, humano more se accomodare, et usum loquendi notum et certum sequi, et per certum contextum et reliquas humanas scripturae conditiones Scripturam quae sacram adornare debuisse, ut ad eo necessaria scientia instructi, illis adminiculis, quibus reliqui libri expo-nuntur, et hos, sine erroris periculo exponere valeant. — Concedimus quidem Deum humano more scripturam adornare debuisse, nec tamen interpretationem mere humanam sufficienterem desideramus; nam, ut pauca tm dicamus unum idemque vocabulum saepe plures significa-tus admittit, sententiae nonnunquam breves sunt, ut contextus non clare ligneat et plures expositiones inde diverso dicantur, tamen tolerabiles, loca parallela non ubique suppetunt, v. non clariora sunt, quam locus illustrandus: haec et similia per experientiam vera pro-bantur, exinde etiam duo discrepantes versiones explicantur, et quae primum erat, et eodem recurrit, quod saepe jam monuimus in re ipsa nul-lum veri sensus criterium inest, cum ipsa, sicuti experientiam,

sic et rationem ipsam fugiat. Quapropter de exponendo verbo divino et vero ejus sensu judicando idem valet, quod §30, Pl. de prima hominum in Ecclesiam divinam consociatione. Nulla datur humana auctoritas, cui in rebus Religionis homines in universum, tuto fidere, cuique rationabiliter acquiescere possent; et sicut ibi, sic et hic fides tum cocca oritur, quae ad summum, si doctus e interpres, in probabilibus subsistit, et vero, si indoctus sit, rationes prorsus ignorat, cur huic potius, quam illi Doctori credat. Hisce omnibus difficultatibus occurritur, si Deus ipse suo auxilio iis adest, quibus doctrinam commisit conservandam et exponendam. praeponderans enim in illis auxilio unica auctoritas talis, cui omnes, utpote divinae, docti aeq. ac indocti acquiescant, et tuto fidem habeant, quod ipsum auxilium humana, quoq. in expositione ss. litterarum, conamina, (summopere caeterum aestimanda et adhibenda) dirigat, et nunquam a veritate aberrare patiatur, ex quibus omnibus et in se per medium omnibus accommodatum verum sensum verbi divini edocean tur. Pro illustratione addi potest et hoc: neq. in humanis societatibus ex positionem legum conservandarum fieri ex se ipsis illis, et per quemlibet ob vium, sed per viros judices, s. Legislatorem ipsum, quo facto, controversiae per se cessant, qua nunquam finem essent habiturae, si mortuae illa litterae consulerentur. Et quid sunt veritates materialiter revelatae, e regione legum humanarum? Quomodo Deus has quidem veritates, ratio nemq. transcendentes, edixit in ss. Literis consignatas sunt, arbitrio in terpretum peliquerit? Quomodo sperari possit per mortuam litteram controversias finiri?

§35. Contra II dam Classem.

Putamus Socianos magis sibi constare, quam Orthodoxos Protestantes. Etenim hi, materialem Revelationem retinere volunt, medio vero neglecto, quod unica rationabiliter eam servare et exponere potest, et eodem omni luci prima deficiuntur. Socinei autem ad forum rationis omnem Revelationem trahentes, et ipsi jus constituendum unice tribuentes norman omnino habent, secundum quam judicium dirigendum.

Ast proh dolor! per Socinianum canamina omnis revelatio materialis periit, quæ tamen in altero placito ex parte petenda. Sicut autem jesuitæ, sic et hæc systema non difficulter everti, nam objectiva perfectibilitas Religionis Christianæ ex seq. argumentis explodenda:

1mo Nullum testimonium proferre valent, in quo Christus talem perfectibilitatem v. a longe indigitet, potius omnia, quæ fecit et dixit, indigitant: perduranæ, nunquam abrogandum systema religiosum illum generi humano tradere voluisse. Huc pertinent ipsæ Spiritus Sti. tot repetitæ promissiones qui inductarus sit Apostolos in omnem veritatem, et qui adstiturus sit ipsis æterne. Quæ promissiones æternæ perdurationis Ecclesiæ supra petram ædificatæ. Hæc et similia superflua fuissent, si pauca illa Religionis naturalis capita homines docere voluisset. —

Doctrinam insuper suam parabolice semper est elocutus, negare jam unum, in quo illam proposuit Jesum ita, ut omnes faceret omnes, qui eo in Jesu ullo modo a conjuncta cogitandi ratione fuerit remotus; recipere noluerunt, imo ipsos suos discipulos, quos discernit Joannes 6, 68. ubi duras videbatur auditibus sermo de Eucharistia, et scandalizati sunt, et ipsi Apostoli libubarunt, ad quos Christus: „Numquid et vos vultis abire?" sic certe non egisset Christus, si meras naturalium doctrinam formulas proponere voluisset. Filium Dei sic non decuisset, quapropter:

2do Apostoli eodem modo docent, quo docuit Christus. Illi veri Jesu Christi Jesum optime intellexerunt, nec ipsi ullo verbo indigitant perfici illam doctrinam in objecto ungnam dolere, potius Crucis mysteria tradere pergunt, etsi illa stultitia Græcis videretur, Judæis vero scandalum, I. Cor. 1, 18, et anathema dicunt omnibus contraria docentibus, ad Galatos 1, 18, citato. — Hinc etiam:

3tio Illud perfectibilitatis objectivæ placitum ignotum erat omni antiquitati; credendum enim esse docent patres, modo sciamus, Deum esse locutum, etsi interior doctrinæ essentia lateat. — Inter

multos nominamus Alm. S. Cyrillum Alexandrinum lib II contra Julianum dicentem: „Oportet, quae sapra nos sunt fide venerari, non ratione inquirere, imbecillior quippe mens hominis est, quam ut intelligentia capere illa possit." Et st. Augustinus lib. 18. contra Faustum Cap 3. sic Manichæos alloquitur: „Qui in Evangelio, quod vultis, credidis, quod non vultis, non credidis, vobis potius, quam Evangelio credidis." „Ista sane verba, quae omnibus Socianae indolis hominibus jure opponuntur. Ecclesiæ autem sensus patet ex eo, quia hæreticos semper e sinu suo exclusit, agnovit sic sane fidelem doctrinam Christum docuisse.

2 3 4to Contra hæc Socianorum placita urgentur ineuper nostri sunt indigentia spiritualis, quae Revelationem postulant amplioriem, qm ipsa est Religio naturalis.

3. 4 5to Ad indifferentismum denique religiosum recta via placitum illud ducit omnes qui religiones etiam absurdas eodem loco collocat diversis generis humani cultibus, ut dicere amant accommodatas salutaresq Christianas cum Corano et Zendavesta in religionis quibuscunq confundit, quia neglecto literali sensu, ad quem deserendum patroni hujus sententiæ urgentur, et arbitraria interpretatione adhibita vix unus liber adeo perversus sit, cui non tolerabilis ex parte sensus possit subjici, præcipue, si pessecantur, quae placent. Ad hoc autem indifferentismo, et Religionum omnium Chaos sicut sana ratio abhorret, sic et omne opus divinum presumitur, Christus dignitate qua exuitur, veritas una æterna negligitur, et in expositione ss. Literarum talia principia adplicantur, quae nec in ullo opere humano possunt ferri.

Nota I. Contra hoc placitum valent ineuper omnia, quae in plerisque contra accommodationem positivam dogmaticam dicta sunt, hanc enim omnem medium induxerunt, quo finem suum assequantur.

Nota II. Licet hanc objectivam Revelationis perfectibilitatem rejicimus, concedimus subjectivam, qua crescit in dies magis magisq Religionis Christianæ in mentibus hominum cognitio, et sanctum studium illius mandata sequendi.

§36. Contra III Objectionem.

Contra fundamentum quod lumen internum proponemus sequentia:

1. Illud sine omni fundamento accipitur, nihil enim de eo in s. litteris promittitur, nam loca, ad quae provocant I Ioan. 2, 20. „Sed vos unctionem habetis a Sancto et nostis omnia“ et v. 27, ubi idem repetitur, huc non pertinent; Apostolus enim fideles a falsis doctoribus avocare studet, putat autem id multis verbis fieri non debere, cum Sp. Sancti nam aliquin sciant (v. 19-21.) illam autem non datam esse Sp. Sancti per miraculosam illuminationem spiritus Sp. in cordibus singulorum, sed per praedicationem adjuvante spiritu Sp. gratia, dicit apertis verbis: v. 24; „Vos, quod audistis ab initio, in vobis permaneat.“ —

2do. Illam porro propriam illuminationem, neque quidquam medium illud esse quod Christus pro fidei controversiis dirimendis dedit, patet exinde, quod illi ipsi, qui hoc auxilium defendant in diversissimas eiusdem partes et sibi oppositas humana defendunt, quod historia ecclesiastica sufficienter testatur, fieri autem non posset, si Christus talem lumen promisisset. Sic ergo haec fidei controversiarum dirimendarum media neque quam sufficiunt, partim et religioni Christianae plane repugnant, partim sine omni fundamento assumuntur, quae magnopere confirmat veritatem assertionum nostrarum, et necessitatem auxilii ecclesiae, quod Christus Ecclesiae sup promisit et concessit. —

§37. Definitio Infallibilitatis.

Ex hisce jam facile fluit, infallibilitatis Ecclesiae definitio. Sub ea intelligimus: „prerogativam divinitus Ecclesiae concessam, qua per spiritus Sp. auxilium in conservanda exponenda Revelatione divina et in fidei controversiis dirimendis omnis erroris est expers.“ — Legitimam hanc esse definitionem patet, quia per additum: auxilium, ex quo illud auxilium concreditur, ab alio quocumque auxilio divino alio in finem dato satis distinguitur. Realitas autem

/.

Realitas autem definitionis innotescit ex iis, quae in antecedentibus §§. de hoc auxilio Ecclesiæ concesso diximus. Superest modo illud, atque cetera ad hanc doctrinam pertinent, exponamus. –

§38. Possibilitas Infallibilitatis.

Propter adversarios et propter summum rei momentum aliquod de possibilitate hujus infallibilitatis commemoramus, cetera bene scientes, illud auxilium per se esse possibile, si Christus illud reapse concesserit. Jam logica possibilitas ejus sicut illa revelationis extra dubium collocata est. Realis autem non magis incomprehensibilis est quam ipse influxus divinus in mundi physici et moralis conservationem et directionem ad finem bonorum. Nequaquam enim opus est, ut infallibilitatem defendentes de continua interventione valde miraculosa cogitemus. Ubique deus naturalibus magisterii sui doctibus, traditione, prudentia, sapientia, ita miscet verum adjuncta, ut ex iis quae minutissima videntur, praeclarus, lapsissimus, emaculatus effectus, ipsos hominum naevos et abusus consilios in finem suum dirigit, ut si quando forsitan impedimenta opus est, in humani conatus consilia divina everlere conantur, forsitan obstacula, mediis, severioribus levitati et malitiae medam ponit, quam transire non licet. Sic etiam gubernat mundum universum, sic dirigit magisterium suum, quo minus decernantur, quae pro veritate tradita divina sunt. Ita ergo sapientissimo parsimoniae legi nequaquam adversatur illud, quod Christus dedit continuum auxilium divinum, quod homines praestarunt. Nec adversatur humanae libertati, quatenus quatenus continuando cuilibet capaci in hac ipsa impediatur. habet fama plurima, quibus occupetur; illud enim auxilium ad revelationem divinam pertinet, eamque principue materialem, ad cujus veritatis progressio aliquam fieri non possit eluctari valet humana, ut adeo eo minus conqueri audeat, si certis limitibus confringatur in illis, ad quos jus aliquam non habet. Errant porro, si putant, repugnare, attributum aliquod inhaerere pluribus, cujus non sint partes in singulis, ex quibus collectis

officialem solum. Sic etiam dicunt: Collegium Episcoporum non posse inerrantia gaudere, cum singuli sint erroribus obnoxii et quidem tam parum, quam ex congregatione coecorum officium unus videns; errant dicimus: cum illud auxilium divinum sit propagativa divinitus concessa, nequaquam autem qualitas physica, in qua ex collectione parium officium solum. Sic et imperans civitis certis privilegiis collegium aliqd potest exornare, quin singulis forsan specialis, parem propagationem concedat. Moralis autem possibilitas eo coincidit, quia ejusmodi auxilium, quod demonstravimus unicum medium est conservandæ et exponendæ revelationis, ut adeo necessitas eadem sit, quae est revelationis ipsius, quae ad finem bonorum promovendum unice datur.

§39. Subjectum infallibilitatis.

Cum talis hujus auxilii pro fine revelationis necessitas sit, distincte scire oportet, ad quod illud praecise pertineat, vel qui sint illius subjectum. Ad quam quaestionem respondemus generaliter: Ii sunt subjectum hujus propagationis, qui sunt successores Apostolorum, adeoque magisterium a Christo institutum efficiunt. Id probamus:

1.mo Omnia verba, quae hoc respectu Christus dixit, ita ad Apostolos dicta sunt, ut nulla prorsus facta sit, illa extendendi ad coetus non Apostolos Cf. §13, h. P.

2.do Speciatim Paulus ad Ephesios loco citato c. 19. magisterium Apostolicum a Christo ad conservandam unitatem constitutum esse asserit, cui ergo illud auxilium necessarium est, non autem religiosis pariter propositum:

3.tio Ecclesia docens salva sit et in fide tota, modo inerrantia dono exornata sit docens, nam doctrinae a docente propositae inhaerens ab omni errore praeservatur quoque discens. Insuper:

4.to Omnia testimonia historica, quae protulimus, ut ipsa praxis Ecclesiae, de qua uberior deinde erit sermo, illud auxilium ad solos successores Apostolicos pertinere asserunt et probant. —

Haec quidem generaliter dicta sunt ob varias hic quaestiones vario respectu molas, in his non subsistemus, sed ad specialia descendendum est; praeprimis autem quaeritur, num et illi, quos presbiteros et diaconos appellamus, qui pariter ad magisterium ecclesiasticum pertinent, sint subjectum infallibilitatis? Antequam autem desuper aliquid statuimus, necessarium: explorare, quo fundamento illud ipsum discrimen inter Episcopos, Presbyteros et Diaconos nitatur.

§40. Presbyteri et Diaconi.

De iis scilicet, quos Apostoli in sacrum ministerium adsciverunt vocabula ἐπίσκοπος et πρεσβύτερος in ss. Litteris usurpantur. Diximus autem, etsi illa vocabula sine discrimine saepe adhibeantur, et non ἐπίσκοπος dicatur, qui alio in loco πρεσβύτερος appellatur, tamen ipsas ss. Litteras duplicis generis distinguere personas sacro ministerio occupatas, eatenus, quatenus horum aliquibus major potestas competat, quam reliquis. Sic enim Paulus ad Timoth. I. Epistolae 5, 19. scribit: „Adversus presbyterum accusationem noli suscipere nisi sub duobus aut tribus testibus." Hoc in loco Timotheus, qui judicium instituat sine dubio superior et majori jurisdictione dicitur, quam illi, qui judicentur. Illos autem, quos Presbyteros appellat Paulus, in ministerio sacro occupatos fuisse in immediate antecedentibus dicit v. 17. „Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime, qui laborant verbo et doctrina." Ex quo apparet et hos inferiores ad magisterium pertinuisse. Etiamsi ergo in ss. Litteris nonnunquam illi, quos modo exclusive appellamus Episcopos, dicti fuerint presbyteri, quod et Chrysostomus et Theodoretus et Hieronymus opinantur, id nos neguaquam turbet, quia non nisi ex compellatione sola sed re ipsa, quae ex locis allatis discrimen inter ulriusque dignitatis personas indigitat. Extra omne dubium res adlata est per testimonia historica, quae docent, cognitum atque agnitum fuisse semper discrimen inter Episcopos et Presbyteros,

hos inferiores, illos superiores - presbyteros tamen ad magisterium per-
tinuisse et fideles excitari ad obedientiam illis praestandam. Testimo-
nia pertinet ex auctore (pag 222 - 230). Et iisdem porro testimoniis pa-
tet semper agnitos fuisse Diaconos inferiores ipsis presbyteris; tertio
enim loco ponuntur, insuper illis jus conficiendi Eucharistiam ad Pres-
byteros pertinere, negatur, quod dicimus ex canone 14. Nicaeni conc. primi
ubi dicitur: „Pervenit ad s. concilium, quod in quibusdam locis et civitati-
bus presbyteris sacramenta Diaconi porrigant i.e. coenam Domini; hoc
enim nec consuetudo tradidit, ut hi, qui offerendi sacrificii non ha-
bent potestatem, his, qui offerunt, corpus Christi porrigant." Ergo
eorum sicut Presbyterorum institutio ex jure divino repetenda. -
Presbyteri enim tempore Apostolorum, ut vidimus jam exstiterunt. Illi
quid vero illi ad religionem pertinere ordinarunt, monente vel non
contradicente Spiritu Sto in illis habitante fecerunt. Diaconorum
autem institutio refertur Act. VI. et pariter Apostolis debetur,
qui eos in curam pauperum elegerunt; pertinuisse autem illos
ad magisterium patet ex iisdem Actis, quia Philippus diaconus
et praedicabat et baptizabat, 8, 5-8. 11, 26-40. Plura ad Presbyteros
et Diaconos pertinentia habet jus canonicum. Sic ergo plenarius con-
cepius magisterii apostolici absolvitur Apostolis seu Episcopis, Pres-
byteris et Diaconis omnibus Petro seu Papae junctis.

§ 41. Explicatur doctrina de subjecto Infallibilitatis. -

Hisce jam necessario praemissis explicatius proponimus subjectum
infallibilitatis seq in modum:

1. Illud subjectum non est solus Pontifex. Ex ea cathedra loquitur
2. Nec sunt soli Episcopi sine Pontifice, sed
3. Episcopi simul sumti cum Pontifice.
4. Presbyteri autem et Diaconi, quamvis ad magisterium pertinent,

pertinent, subjectum infallibilitatis non sunt. a/ Divinus Salvator verba quibus illud auxilium promisit, non ad solum Petrum, sed ad Apostolos collective locutus et quamvis Matth 16, 18 ad solum Petrum directa verba: super illum exstruendam esse Ecclesiam affirmans, quibus ut vidimus Primatum indigitavit, tamen, quae ulterius prosequitur: portae scil. inferi non praevalebunt adversus eam, non ad solum Petrum, sed ad Ecclesiam sunt referenda pro significationis pronominis a vi rei, quod ad immediate praecedens subjectum, ergo ad Ecclesiam, non ad Petrum pertinet. Insuper nomine Ecclesiae ex etymologia vocabuli nunquam una persona, sed congregatio plurium venit. b/ Sed aeque certum est, illa omnia verba promissae assistentiae Divinae non ad Apostolos sine Petro Dominum esse locutum, quia propter Petrum necessario requiritur, si Apostolorum collegium sit plenum et absque ei, quae probavimus, Christus Petrum Ecclesiae suae caput constituit, quomodo unquam Ecclesia reputetur tota sine capite constituto, deesset haec pars membrum praestantissimum. Quare c/ Iure dicimus illam auxilii Divini prerogativam pertinere ad successores Apostolorum et Petri, scilicet Episcopos primati junctos, sed simul sumptos, non vero ad singulos; et eatenus differt Ecclesia post decessum Apostolicum ab ecclesia tempore Apostolorum, quorum singulis illud auxilium a Christo erat tributum: tribuendus enim erat Spiritus s. singulis Apostolis, quia Spiritus s. erat in Apostolis illuminans, reponens in mentem eorum etiam novas veritates, quod subsequis Episcopis non erat necessarium, qui ab Apostolis verbum revelatum integrum receperant, pariter etiam, quia Apostolorum nemo, quo in inducebatur nova Religio et quibus propterea dolo quia bellum erat ante erat circumcundum, a munere subsequorum Episcoporum differebat, qui magis ad certa loca primo statim tempore adstringebantur, quibus praeterea communicatio consiliorum facilior erat. Nos haec omnia recte intulisse probat historia eccle-

ecclesiastica in capitibus de concilijs. Legi possunt huc pertinentia in Klüpfel § 325 segg.m. –

d). Quod attinet ad Presbyteros, illi subjectum hujus propagativi non sunt, nam sine ratione extenderentur verba ad Apostolos dicta ad hos quoq, qui inferioris ordinis sunt, non posse autem ad illos extendi, patet ex historia, quae docet, controversias fidei semper ad Episcopos delatas esse, hosq habitos fuisse legitimos judices. Quapropter legitimus concilia celebrata esse sine presbyteris, non autem universe a presbyteris sine Episcopis et nunquam quaesitum est, quod numero adfuerint in Concilio Presbyteri, sed Episcopi. –

Nota I. Illud infallibilitatem Pontificis non adstruimus, certum tamen est, illum in judicandis fidei controversijs primas habere partes, ejusq judicium praecedere, si Episcoporum accesserit consensus, esse irreformabile. Primus probatur ex ratione primatus, qui ob unitatem conservandam (quae per fidei controversias vel maxime turbatur) institutus est: necesse ergo est, ut si quando suffragia Episcoporum peti non possunt, ipse judicium ferat, ne Ecclesia detrimenti quid capiat. Hujus assertionis veritatem probat historia, ut ex testimonijs de infallibilitate citatis patet. Dicunt eg. locis citatis s. Irenes.: „Ad Ecclesiam Romanam propter potiorem principalitatem esse recurrendum." et concilio VIII oecumenico pronunciante.: „Sequimur ergo in omnibus Apostolicam fidem, speramus fore, ut in una communione, quam fidei apostolica praedicat esse mereamur, in qua est vera et integra Religionis Christianae soliditas, quare non consentientes Petri Apostolici eorum nomina inter mysteria sancta non sunt nominanda." Secundum autem probamus, quia primum Episcoporum consensus accedat totum judicium propagativum illius divini judicium reapse fuit.

Nota II. Decretis fidei a Pontifice ob finem praedictum editis ex filiali in Caput Ecclesiae a Christo constitutum obedientia et reverentia, esse morem gerendum ad non docendum contrarium,

insuper ad suspectam habendam sententiam, Pontificis sententiq̃ contrariam ex natura unitatis, ob quam institutus est Pontifex.

Nota III. Haec certa sunt et indubitata, supersedemus patet: afferendis, quibus infallibilitatem Pontificis defendunt et negant, ea enim ad doctrinam catholicam non pertinent. Hoc autem dicimus et firma fiducia tenemus divinam providentiam, quae Ecclesiam gubernat, nunquam admissuram esse, ut talis defectio v. majoris numeri Episcoporum v. Pontificis a fide contingat, ut vera Ecclesia cognosci non possit. Nullum enim, si contrarium quis statuerit, hujus provocandi ipsius mente informasset conceptum, qua propter plures quaestiones, quas movent, omissas magis habemus, quam utiles et necessarias, ubi illa est, in scholis tenta: Sitne Pontifex supra concilium an hoc supra illum? Cui controversiae ansam praebuit schisma ansam magnum occidentale saeculi XV cui e medio tollendo unum superesse remedium existimarunt plurimi, si auctoritas universalis Ecclesiae quae demum cuncta loco congregata, Papae auctoritate superior esse crederetur. Ad hanc quaestionem respondemus cum Illmo Ziegler in Auctore § 287.

Est profecto in Pontifice, quod supra concilium ejusq̃ nominis longe eminet, ubi Petri dignitas reliquorum Apostolorum munia, ubi ea, quae prostat componi. Est pariter in concilio generali, quod majori forte laudine et sanctione, imo quod absoluta gaudet certitudine, suprema inter Christianos auctoritate, cui parendum est ut Dei eloquio. Nullibi sane Christus uni Petro tantam dedit potestatem, ut reposito Apostolorum collegio universam administraret Ecclesiam, seu regi apostolico senatui id muneris, juris q̃ concessit, quod Petri locum primatum Ecclesiae centrum unitatis supplere valeat. Qua forma Apostolatum disposuit dominus, haec eadem perpetuo maneat oportet. Petro-apostolica i. e. Petrus et Apostoli. —

Perpetuam itaq̃ dicitur: „Pontifex est supra concilium, aut concilium e

supra pontificem sine distinctione aut debita restrictione. Non datur sine Pontifice concilium universale, nec Episcoporum, fratrum suorum concilium neglexerit unquam Pontifex, si quando de pelus fidei etmo, pum tractandum erit; aut si mavis dicere concilium esse supra Pa- pam, non moramur quatenus vel dubiq successionis vel de fide in- spectus sit, vel qualenus ille ipse Synodi generalis venerentur, et tractus canones, nec eosdem unquem sibi ab illis recedendum esse censeat. Pon- tificem nemo in dubium vocabit supra concilium esse, quandoquidem po- testatis ecclesiasticq eidem apex, eminentia et plenitudo a Christo concef- sa demonstretur, quem quidem in Episcoporum collegio adul numerasis- simo reperiatur esse opiniantur sexibus sancti homines. 7

Nota IV. Presbyteros plerumq ad concilium vocatos esse et suppeon- sellos pariter cos Diversi modo subscripsisse constat: quod etiam mirandum non est, sunt enim in ordem solicitudinis Episcopalis vo- cati et sacro ordine initiati; et sicut excepta ordinatione sacra munia episcopalia etiam majora ab Episcopis illis committuntur, sic et nec id, quod in conciliis fecerunt, concessione Episcoporum fecisse cen- sendi sunt, adeoq non jure proprio, sed delegato.

Nota V. Ecclesiam particularem infallibilitatis prerogativa non gau- dere, ex dictis patet.

Nota VI. His de subjecto infallibilitatis bene intellectis facile etiam intelligitur, quod nomine infallibilitatis activq et passivq veniat, qualenus nempe illa prerogativa referatur ad eos, qui suffragio deci- sivo gaudent, adeoq ad ipsum subjectum infallibilitatis nominativi activi; qualenus vero refertur ad ecclesiam discentem, quo praeter rerum cum docente et eo, quia doctrinam infallibiliter decisam tenet et profitetur, pariter ab omni errore premunitur, nominativo passivo.

§42. Objectum infallibilitatis.

Objectum infallibilitatis complectitur omnem salutis a Christo re- litis patrisq ordinem, credendi, agendiq praecepta, sacrosq per-

per revelationem ipsam institutos libros; paucis: omnia, quæ quod Symbolum, Codicem et Rituale revelata sunt, et quidem hæc sola, nec plura, nec pauciora, probatio est, quia ad religiosa infallibilitate non egenus est Christus auxilium illud ad munus docendi dedit dicens: „Ite docete... ego sum; quapropter Ecclesiam infallibilem non dicimus. –

1mo In causis disciplinaribus, quae pro varia temporum conditione variæ sunt, et Ecclesiæ religionem disponendo. Planè in rem autem nota mus quae ab Ecclesia universali recepta sunt, per Ecclesiam illam universalem posse derogari. Ieronimus porro Ecclesiam in disciplinaribus nisi fallere posse, quod certo ac definito dogmati adversatur. 2do In quæstionibus philosophicis; hæc enim ad revelationem non pertinent e.g. terræmam bike solem at Hoc. 3tio In factis mere humanis judicandis e.g. an hic vel ille sanctus post tempora Apostolorum hæc vel illa patraverit miracula, hic vel ille sacerdos legitime consecraverit. Quis sit sensus libri alicujus non canonici. 4to In canonizatione Sanctorum, cum propositio minor Syllogismi, qui in ea necessario instituitur facto humano nitatur; dicimus illam cum Melchiore Cano episcopo Canariensi in loc. theolog. l. V., temerarium esse et pœna dignum, qui Ecclesiæ in ejusmodi factis contradiceret, cum tot in eo cautiones adhibeat, ne erret, ut moraliter errare non possit." –

Nota. Facile ex his intelligitur, quid notam illud significet: „Ecclesia cubitrix est verbo Dei;" i.e. Ecclesia non nova, dum judicium super revelationem fert, formulisque eam enuntiat, Dogma condit, sed quæ in sinu suo a Christo reposita sunt exponit, declarat, definit, in Apostolis enim totum verbum divinum repositum est, in illisque revelatio clausa. Cf. Vinc. Lyr. in commentario C. 27. –

§43. Modus quo Ecclesia infallibilia fert judicia.

Audivi jam de modo quprattus, quo Ecclesia supra objectum revelationis

sent judicia, quae infallibilia habeantur, quilibet modus conveniens di-
ci debebit, qui totum peapse infallibilitatis subjectum repraesentant.
Cum jam illa duplex cogitari possit, si vel Ecclesia in uno loco congregata,
vel si per orbem dispersa judicet, duplex etiam hic modus obtinet ut di-
cimus: Infallibilitas Ecclesiae competit sive in concilio oecumenico con-
gregata sive per orbem dispersa. –

§44. De conciliorum auctoritate

Concilium, quod ex dictis patet appellamus: legitimam congregatio-
nem magisterii apostolici certo in loco ob finem Ecclesiae factam. Haec
concilia respectu habito ad ipsa membra magisterii hujus eorumq. numa-
rum dividuntur:

1mo In oecumenica, quae sufficiunt ad totam Ecclesiam una cum capite suo
repraesentandam. Haec etiam dicuntur universalia.

2do In plenaria seu magna quae nomine continentibus Episcoporum alicujus
regionis v.g. nationis e.g. Africae, Galliae etc. intelliguntur, quae etiam vocantur
nonnunquam particularia et variae in nationalia, provincialia, dioe-
cesana dispescuntur. Finis congregationum conciliorum potest esse vel
eorum controversiae ipsa fides, vel vero etiam disciplina. Nos lo-
quimur tum de conciliis oecumenicis, quae propter objectum revela-
tionis ipsius congregantur eorumq. auctoritate. Horum decisiones
defendimus gaudere praerogativa infallibilitatis quod probamus:

a) Ex re ipsa, nam demonstravimus Ecclesiae Petro Apostolico docenti com-
petere praerogativam infallibilitatis, atq. concilium oecumenicum to-
tam illam repraesentat, ergo et:

b) Infallibilitatem hanc auctoritatem semper et nunquam non agnovere
Patres, quod patet a) ex dictis eorum testimoniis, b) ex praxi Ec-
clesiae, quae omni tempore decisiones conciliorum oecumenicorum
ob hanc infallibilitatem irreformabiles habuit, ut ex historia eccle-
siastica apparet. Argumenta huc pertinentia repetimus ex Auctore
pag 347

§45. Requisita eorundem.

Multum disputant de requisitis ad concilia oecumenica necessariis. –

Nos tamen paucis rem absolvi posse putamus et propterea generaliter dicimus: concilium tunc esse oecumenicum, si tot adsunt, qui ad Ecclesiam universalem docendam repraesentandam sufficiunt Episcopi. In hoc quidem conveniunt omnes, adsint proinde necessarium esse, ut singuli convocentur, et reapse vel saltem per legatos conveniant, praesideat Pontifex pariter ipse v.g. per legatos, insuper causa diligenter disquiratur judicium, praemissis colloquiis sedule instituendis feratur, omnis metus et vis absit, gaudeant congregati plena libertate et p. 357.-

Haec omnia et similia pulchre praecipiunt; putamus tamen per illa omnia requisita oecumenici concilii non ita determinari, ut certo constet, oecumenicum revera esse celebratum. Quapropter tutior et certior, imo absolute tuta et certa via haec est, si illud concilium vere oecumenicum habeatur, quod qua tale ab ecclesia universali receptum est. Nunc enim etsi in celebratione illius quaedam defuerint, quae ad concilium vere oecumenicum requiri videntur, supplentur per ipsam receptionem omnium illorum, quae subjectum infallibilitatis reapse constituunt. Hoc in judicio confirmamur per historiam, quae docet, saepe concilia, in quibus pauci congregati erant Episcopi, per receptionem universalis Ecclesiae facta fuisse generalia e.g. Constantinopolitanum (381) primum quamvis Episcopi tum adfuerint, rejecta autem ex altera parte numerosissima e.g. Syrmiense anno 357 et Ariminense anno 358, quae celebrata erant ferme Episcoporum frequentia. Quapropter non multum immoramur iis, quae Theologi et jurisprudentes disputant de legitima conciliorum convocatione et de praesidio, utut enim ex jure ad Pontificem pertinere defendamus, non tamen absolute necessaria habemus, modo deinde tuo suffragio Pontifex decisa tueatur. Negamus, si adversarii opponant, non semper in conciliis celebratis puram veritatis investigationem dusisse, factum ambitionis et praecedentiae esse dominatum et similia. Qui enim talia proferunt, quae autem saepe numero contra veritatem exagerant, qui, dico, talia proferunt, oculos nimium humano, rem conciliorum considerant, nec attendamus, Deum etiam tenui fragili victoriae coronam parare etc. quod fane

fare maximum est, Religionem suam in variis etiam fidelibus integram castamq. fovisse. —

Nota I. Non omnia, quæ in conciliis a patribus inseruntur, ad fidem stricte pertinere, res ipsa loquitur. Solent etiam propter intentionem præcipuam rei controversæ obiter et in transcursu commemorari, quæ nequaquam cum illis, quæ objectum primarium constituunt, ejusdem dici possunt auctoritatis. Regulae discernendi ea, quæ a conciliis de fide statuuntur, hæc apprime adnotantur. a/ si forma expresse annotatur, si quis hoc v.g. illud sentiat aut doceat, anathema sit &c. Si contrarium asserentes hæreticis adscribantur &c. &c. excommunicationis sententia feratur in eos, qui contradicunt. Scopo ergo, quod ex dictis patet, ad ipsam historiam concilii attendendum est, ad occasionem ejus convocati, ad disquisitiones ipsas, et præcipue ad præsens Ecclesiæ, quoad decisa post ipsum concilium celebratum, quod si fiat, non facile quis anceps hæsitabit, quæ in concilio decisa sunt de fide, quæ minus.

Nota II. Si quæritur, qualis sit necessitas conciliorum, eam non dicimus absolutam, quantvis illorum utilitas sit maxima. Absolutam non dicimus, quia: a/ Mandatum absolutum congregandorum conciliorum a Domino datum non extat. b/ Ecclesiæ male consultum esset, quando ob temporum circumstantias concilia non possent celebrari &c. Alia adhuc via daretur ad judicium, quod infallibilitatis prærogativa ornatum sit, perveniendi, de quo in § 46.

Casus moralis necessitatis conciliorum sunt præcipua: 1/. Quando schisma Pontificum grassatur. 2/. Quando hæreses oriuntur, præcipue fulcitæ Episcoporum auctoritate. 3/. Quando non constat consensu totius Ecclesiæ. 4. Necessitas reformationis universalis Ecclesiæ in capite et in membris. —

§ 46. Consensus Ecclesiæ dispersæ

Consensum Ecclesiæ universalis dispersæ prærogativa infallibilitatis ornari facile intelligitur; etenim: 1/. Assistentia divina Spiritus S.

Spiritus S. loco non adstringitur. 2do Subjectum, cui illa prerogativa a Christo promissum, in illo consensu revera adest. 3tio Historia testatur, multas hæreses per Ecclesiæ dispersæ consensum fuisse repressas, dogmata verum falsitatem, qua propter et S. Augustinus ad Bonifacium scribit: „Nunquid concilio opus erat, ut aperta pernicies damnaretur, quasi nulla hæresis olim, nisi Synodi congregatione damnata sit, quæ ubi exstiterunt, illico improbari, damnari, meruerunt.“

§47. Conclusio.

Hæc de Ecclesiæ vera infallibilitate, qua fit, ut contra omnes humanæ audaciæ conatus verbum divinum stet inconcussum, permaneat, in æternum illibatum, quia tuta stabilitur et rationabilis fides nostra in doctrinam rationis limites transcendentem, qua benignitas Dei in maxime conspicitur, quæ miseris nobis adest semper, ut omnium cum securitate finem assequamur propositum. His jam præmissis tradi poterunt, quæ ceterum ad doctrinam de principio fidei Christianæ pertinent, et tamquam corrolaria ex dictis fluunt.

§48. Plenarius conceptus Principii Religionis Christianæ.

Diximus §25 h. T. principium fidei vere Christianæ esse verbum divinum in Ecclesia docente asservatum, nondum tamen tunc intelligebamus, quomodo illud verbum sic asservetur, ut sine erroris periculo quilibet ex inde haurire possit vitæ. Hic modus autem ex doctrina de infallibilitate hujus ipsius magisterii apostolici patet. Deus enim ipse est, qui non tam verbum suum Ecclesiæ docenti tradidit, sed, qui etiam illud sine errore per Spiritum S. suum tuetur. Quapropter ad propositionem ibi enuntiatam ultimam ad fontes fidei nostræ in verbum magisterii apostolici rationabilis causæ plenarius conceptus hujus principii erit sequens: „Principium fidei vere Christianæ est ipsum magisterium Petro-apostolicum Spiritus S. auxilio infallibiliter assistitum et directum, verbum Dei verum et sine erroris periculo nobis exponens: sive, si illud formula practica enuntiemus.

credendum, agendumq est, quod institutus a Christo Apostolatus sive magisterium Petro Apostolicum, assistente jugiter Spiritu St. credendum, agendumq tradit. Ad hoc ergo, quod ex dictis liquet, omnem Christianæ Religionis demonstrationem processere necesse est illi, qui divinæ Religionis Christianæ Ecclesiæ dignam methodum legi, adq intra limites, a Salvatore positos, et a Patribus pie et sæpe est servatas, sese continere allaborant. Hoc dantaxat fundamento ad justam structuræ altitudinem ac firmitatem nanciscitur Theologicum ædificium. Sic fiet ut, quemadmodum fides ex Ecclesia Christi petra immobili superstructa, inter tot discrimina rerum salva semper evasit, adq novis in dies triumphis ornatior compareat, ita et disciplinæ nostræ theologicæ aurea incedant via, teneantq angustum certe et gloriosæ victoriæ locum, unitasq servetur, quæ inter Religionis tantopere desideratur.

§. 19. Canon discernendi vere divinas traditiones.

Hoc principio autem vere divinæ doctrinæ intellecto facile etiam occurritur Protestantium objectioni, quam traditioni opponunt, et canon, secundum magisterium apostolicum traditiones divinas ab humanis discernit, verus probatur. Protestantes scil. traditionem pro vera præcipue ejecerunt, quia nullum medium adsit, veram falsa discernendi, cum doctrina de ore ad os propagata facile pessumdetur, et illud purum Apostolis traditum fuerit, cum commentis hominum commiscatur. Insistunt præterea verbo scripto, soli in litteris fixo, sicq timendum non esse dicunt, ne humana pro divinis venditentur. Hæc sine hesitatione concedimus, si magisterio per omnia manu suam Christus commisisset doctrinam, aut Spiritus St. qui huic magisterio adest, satis sufficiens præsidium est, ne vera pereant, commisceantur humanis, qui Spiritus omnino sufficeret, etsi nemo hagiographum scripsisset ad doctrinam conservandam, et illam illibatam ad posteros propagandam. Omnem ergo deponant timorem, credantq nobis Protestantes, fidem nostram in verbum traditum ac

que esse rationabilem, ac est in illud, quod Spiritu S. assistente litteris est consignatum. Quapropter est verus probatus Canon ille, secundum quem Ecclesia semper veras traditiones judicavit, et qui sic fonat: „Id divinitus traditum sine ho ratione habendum est quod semper ubiq, et ab omnibus sea divinitus revelatum creditum est." Hanc fidei regulam jam Tertullianus libr. de præscript. haer. cap. 28. mitissimis illi verbis pronunciavit dicens: Quod apud multos reperitur unum non est erradum, sed traditum." et clarius S. Augustinus l. III c. 3. contra Donatistas: „Quod universa tenet Ecclesia, nec a conciliis institutum, sed semper retentum est, nonnisi auctoritate Apostolica traditum rectissime credit." Et clarissime omnium vicentius Lyrinensis cap. 3. commonit dicens: „In ipsa catholica Ecclesia magnopere curandum est, ut id teneamus, quod ubiq, quod semper, quod ab omnibus creditum est. Hoc etenim est vere, proprie quod catholicum, quod ipsa vis nominis ratioq declarat, quae omnia fere universaliter comprehendit." Postulat ergo Vicentius universalitatem, antiquitatem et consensionem, si qua doctrina vere divinitus revelata credatur. Qua ratione autem illa immoveatur, ipse explicat pergens: „Sequemur autem universalitatem hoc modo, si hanc unam veram fidem faleamur, quam tota per orbem terrarum professa Ecclesia: antiquitatem vero ita, si ab iis nequaquam sensibus recedamus, quos sanctos majores et Patres nostros celebrasse manifestum est: consensionem quoq ibidem, si in ipsa vetustate omnium vel certe pene omnium Sacerdotum, pariter ac magistrorum definitiones, sententias q sectemur." Veritas hujus regulæ fere se ex antecedentibus patet, etenim:

I^mo: Si tali omnium temporum et locorum in eandem doctrinam consensu reapse consensus Ecclesiae dispersæ inest, cujus autem valoris ille sit demonstravimus.

II^do: Deinde autem, si modo ullo humano pene consideremus, universalis tot virorum, doctrina et pietate celebrium, loco, tempore, moribus adeo distinctorum in eandem doctrinam consensus aliter explicari non potest, quam si ponamus, eos ex uno fonte doctrinam, quam communiter independentes a se invicem docent, hausisse et fidelibus

suis tradidisse; universalis enim in eandem rem consensus in aliis qui-
buscunq; rebus, principium commune supponit, casum q; excludit. —
Protestantes autem hanc nostram regulam eo minus debebunt impugna-
re, cum et ipsi eandem adhibeant in Canone S. Scripturæ demonstran-
do. Sine hac italiane enim libros Matthei, Marci et reliquorum authenti-
cos et fide dignos accipiunt, quia tota antiquitas Ecclesiastica suo suf-
fragio illos tuetur; quodsi in dogmate S. Scripturæ valet, cur non in
alio aeq; valeat dogmate non perspicimus. —

Nota. Si noster Canon cum Canone Vincentii comparatur, intelligitur idem,
excepto eo, quod addimus, seu divinitus revelatum creditum est; sed
advertendum esse necessario videtur, quia sic illum a traditione humana
distinguitur divina. →

§50. Fontes demonstrandæ Traditionis divinæ.

Diximus §24. hujus Partis, quid nomine traditionis materialis
veniat; hanc jam diximus esse fontem, ex quo ipse ille universalis
consensus omnium locum et temporum in eandem doctrinam proba-
tus. Cum jam in hac traditione materiali primum locum occupent
scripta ss. Patrum, de iis specialim est prospiciendum. Nomi-
ne scil. Patrum proprie et strictiori sensu intelliguntur ii po-
tissimum scriptores ecclesiastici qui ex prioribus ecclesiasti-
cæ ætatibus floruerunt, scil. ad Gregorium Magnum. — Ejus-
pos, qui hunc secuti sunt, et rem Christianam scriptis illustra-
runt, usq; ad s. Bernardum, Patres sensu latiori nuncupamus.
Aliquos ex hisce, qui doctrina et celebritate præcipue emi-
nuerunt, et scriptis multis inclaruerunt, ecclesia doctorum
nomine et honore insignivit. Esse hos patres, et doctores le-
ges verbi divini traditi idoneos facile patet consideranti, qua-
les quantiq; fuerint, etenim erant.

1mo. Clerici eorum, ecclesiarum antistites, vel saltem Presbyteri,
qui vi muneris sui cognitionem verbi divini sibi acquirere

sibi acquirere debebant, utpote munere docendi unice occupati.
II.do Tempori Apostolorum erant propiores; aliqui eorum conversati cum ipsis illis domini Apostolis, ut adeo sine difficultate cognitionem veri verbi divini comparare potuerint, cum sicuti Apostoli, sic et eorum Successores praecipue in id enitebantur, ut idonei illi proficerentur Ecclesiis manus iis imponerentur.
III.tio Fuisse autem illos doctrina solida conspicuos, docent ipsa eorum scripta omni genere eruditionis referta, quod ingratus illi, vel ille qui Ephemeridibus solum tenuis occupatur a solida autem et difficili lectione abhorret, data adeo, qui Patres neq legit, potest negare. –
IV.to Quae autem sciebant, docere etiam volebant. Nihil enim adeo cordi ipsis erat, quam propagatio Religionis verae Christianae; nam erant viri probi et ingenui, qui ob vitae probitatem et sinceritatem, neq fallere neq decipere suos velle, imo, quorum plerique vitam pro Religione et Ecclesia Christi dederunt, vel saltem extremas pro ea passi sunt persecutiones, quod historia ecclesiastica testatur. Talibus ac tantis fides sine haesitatione debent adhiberi in iis, quae verbum pecum Christi concernunt, et testes competentes jure dicuntur. Quae proprietas etiam tota antiquitas eos agnovit, ut ex citatis §23 testimoniis apparet. Specialim ex S. Irenaeo, qui libr III cap 3 adversus Haereses dicit: „Traditionem Apostolorum in toto mundo manifestatam in omni Ecclesia adesse, respicere omnibus, qui vera velint videre." Cujus assertionem probat: „Habemus annumerare eos, qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi in Ecclesiis, qui nihil tale docuerunt, neq cognoverunt, qualia ab haereticis delirantur."
Practica autem pulcherrime Patrum auctoritatem monstrat S. Basilius, qui omnium ante se Patrum testimonia de Spiritu Sti divinitate collegit, et in libro suo de Spiritu Sto contra Pneumatomachos vocit, quod et passim religiose faciunt in dogmatum demonstratione. Vincentius Lirinensis loco § antecedente citato expresse dicit. Tota autem Ecclesia semper agnovit, ut acta conciliorum exhibent.

§51. Regulae in usu Patrum adhibendae.

Hi ergo Patres in scriptis suis tradunt, quod semper, ubique et ab omnibus creditum est.

In ipso autem horum testimoniorum usu sequentes regulae sunt notandae.

I. Ad consensum Patrum in aliquam doctrinam demonstrandam, non requiritur, ut omnes omnino Patres diserte de dogmate aliquo testentur, sufficit consensus pluralium, imo paucorum, non reclamantibus ceteris, et quidem propterea, quia ipsi Patres occasione data scripserunt, ut adeo plures dogma aliquod silentio praeterire potuerint, quia de eo disserendi nulla erat occasio. —

Insuper scimus plura Patrum scripta interciisse; poterant ergo in opere aliquo deperdito sententiam de dogmatibus certis insidiis se, cuius in residuis libris nulla fit mentio. —

Notandum etiam illa prisca tempora non tali scribendi genio ducta fuisse ac nostra. Non ergo ad mensuram nostri aevi illa exigenda erunt tempora, scripserunt magis necessitate coacti. Sufficit ergo, si testimonia tale genus, quando scimus, dogma aliquod ab adversariis impugnari coepisse. —

II. Nequit officit, si unus alterve Patrum dogma aliquod addubitet, quod reliqui firma fide defendunt, vel plane negat. Ex hoc enim nequaquam sequitur sententiam reliquorum non esse veram; potuit enim per aliquod tempus Patrem aliquem dogma quoddam latere, poterat etiam aliquamdiu de sensu ejus non certo constare; nam non defendimus de Patribus singulis talem, qualem in Apostolis Spiritus S^ti illuminationem. Poterat de philosophia vel haeresi aliqua ad veram religionis Christianae castra tradire, quo facto, imbibito per longum tempus sententiae non simul et semel deserunt; alia enim est Pauli, alia conversio Augustini. Poterat ergo ut suam quandoque sententiam experimere, non autem docere velle, quid foret Divina Traditio. —

Patrum aliquem unum alterve, haereses contrarias sententias nondum se-
cutis tenebris liberius scribere, minus solicitus ad fidei eligendas expres-
siones, quia non timendum erat, ne perperam a suis intelligeretur. Et
hinc et similibus causis fieri potest, ut peculiares sententias vere contradi-
cat, vel etiam palam, sed apparenter illum causae orthodoxae contra-
dicere. – Horum et similium exempla in Dogmatica speciali occur-
rent. Quapropter in usu Patrum diligentissima admodum est cura
et ad minima puncta attentio figenda; – praecipue hinc, cum adver-
sarii eos causae orthodoxae quasi repugnantes, contra nos adducunt.
Tota illorum historia diligenter inquirenda, seriesque chronologica
scriptorum ponderanda, semper autem illorum scriptorum quos pa-
tres habenda est, quae ecclesia ipsa vel damnat, vel cum doctrina ortho-
doxa non in omnibus consentire declarat. Sedulo attendendus contextus,
loca cum parallelis comparanda, et quae peculiaria sunt regulae, quas sana Her-
meneutica suppeditat, applicata ad singularem conditionem Patrum. Prae-
cipue autem denique distinguendum: quando Patres privatam suam sen-
tentiam proferunt, quando Ecclesiae nomine doctrinam traditam enunciant,
quod quidem inde elucet, si doctrinam aliquam protulerunt palam in In-
structionibus Christianorum, in Catechesibus, in Homiliis, inculcarunt re-
cepisse, traditam ab Apostolis, quam Ecclesia tradit, credit, si eos, qui
secus senserunt, fide excidere, prolabi in haeresin, extra Ecclesiam esse af-
firmaverint. –

Idem colligitur ex aliis formulis e.g. Credimus, confitemur, cum Ecclesia catho-
lica, Fides christiana docet, Christus dixit, jussit et similia. Haec quidem
omnia, si bene attendantur, feliciter opus ipsum procedet, et quamvis stu-
dium Patrum annum sit, octuplo tamen fructu suos cultores dilatat,
turpis, si re facti, Aperiamo aditum ponet. –

Nota II. Quas exceptiones numero primo et secundo adduximus, Prote-
stantes eo minus nobis vitio vertere possunt, cum et ipsi illas in demon-
strando s. scripturae Canone admittant; etenim et illi ob silentium unius
alterius auctoris ecclesiastici librum aliquem ex Canone non excludunt
et Deutero-canonicos N. T. admittunt, quamvis ab aliquibus aliquo tempore

de iis sit dubitatum. - Haec de Patribus, fontibus demonstrandis Traditionis, quod peculiaria attinet, quae huc pariter pertinent, nrp. Confessiones Martirum, ritus diversos in Ecclesia celebrari solitos, non est cur plurimus dicamus; illis enim sicut orationibus, quas Ecclesia adhibet, doctrinam Fidei fundamento esse, per se patet, adeoq. hanc ex illis probari. -

Nota II. Silentium nonnullorum Patrum non efficit disertis assertionibus aliorum, nisi plenam probationem, Patrem hunc, illumve, hoc illudve scribere debuisse, si scivisset; si scilicet vel indoles libri, qui solum peculiaria systema vel complexum edisserit, id exigit, ut si Haeretici impugnant, dogma certa impugnantes, requiramus, ut Patres hunc, vicissim ipsis opponant sanam doctrinam, id eo magis, quo periculosior aut magis perniciosa est haeresis. - Sic contra Macedonium surrexit S. Basilius, omnia de Spiritu S. dogmata congerens, ipsisq. opponens. Sic Augustinus primus exorsus Haeresi Pelagianae, et peccatum originale, et gratiae internae necessitatem negante, complexum Gratiae conceptum proposuit. Idem in Conciliis: - Sic in Concilio Nicaeno contra Arium, confessionem Filii cum Patre negantem, proposito symbolo, „Credo in unum Deum - Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, ex substantia Patris." - De Spiritu S. vero simpliciter illum dicitur: „Credo in Spiritum S." - non erat enim aliquis, qui dogmata de Spiritu S. impugnaverit. - Cum vero Deum negarent Macedoniani, qui Spiritum S. Filii creaturam asserebant. Concilium Constantinopolitanum addidit: „Credo in Spiritum S. Dominum et vivificantem, qui ex Patre procedit, qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur" - non habet particulam Filioq" - quia non erat necessaria; Divinitatem enim Spiritus S. Eunomius monstrare voluit, quod reapse persolvit, imo Deus consulto particulam hanc non apposuit, ne Macedonianis, ea, ad unum dogma perversum tuendum alentantur. - Cumque tempore sequiori persecutionem Spiritus S. a Filio impugnarent quidam, Ecclesia hanc particulam „Filioq" merito adjecit. - Sic in tota historia ecclesiastica recognitam conspicimus eam, ut ea duntaxat, quae adducta et impugnata fuere, clare et distincte proponant Patres et Concilia.

§52. Nomine Dogmatis quid veniat.

Percepto canone verbi vere divini, et legitimo ejus principio exposito, tradi potuit, quid sit Dogma, et quae Dogmatum divisio. — Nomen, tum disquisitionis patet ex eo, quia tota nostra disciplina circa Dogmata versatur, a quibus et Nomen habet. Deinde vero accuratus conceptus dogmatis eo magis necessarius est, quo facilius in varias incidimus errores, verum conceptum ignorantes, et non rite distinguentes. — Dogma nomen graecum a δοκέω, dolco, decerno, denotat, placitum quod cunque statutum, decretum." Hoc sensu Luc 2,1. Decretum ab Augusto pro, mulgatum, dogma dicitur. Strictius autem de sententiis singulis religionis usurpatur, et quidem praecipue religionis revelatae, ut adeo Dogma hoc sensu definiatur: „Veritas divinitus revelata." Hoc sensu comprehenduntur in Dogmate veritates revelatae sive ad Symbolum sive ad Codicem pertinentes. — Strictissime adhibetur tum de veritatibus ad symbolum, ergo ad fidem pertinentibus divinitus revelatis. — Si dogma ad religionem Christianam, ejusq. verum Principium referatur, plenius Conceptus dogmatis hic erit: „Dogma est propositio, quae exprimit veritatem divinitus revelatam, judicio v. consensu Magisterii Petro-apostolici agnitam v. declaratam." — Requisita ergo dogmatis sunt:

I. Ut sit doctrina divinitus revelata, i.e. in vivo depositio ecclesiae judicio contenta.

II. Sit a magisterio divinitus instituto agnita v. declarata. —

Has conditiones requiri patet ex antecedentibus; etenim, quod primum attinet, nulla unquam propositio potest fide divina credenda proponi, nisi Deus ipse illius sit Auctor: Secundum autem quod concernit, id requiritur, quia tum verbum divinum Ecclesiae traditum est divinum, illiq. per jugem Spiritus sti assistentiam adhaeret, — ex quo sequitur objectivam certitudinem, propositionem aliquam esse fide divina credendam, adeoq. certum objectum Revelationis esse, pendere ab ipsa agnitione et judicio hujus Ecclesiae. Interim tamen certum est, Ecclesiam non omnia statim definivisse, et non de omnibus punctis ad Revelationem pertinentibus judicium pronunciasse; e.g. aut videre est

Dog. Doctr. revelata impl. = Doctr. De Deo

Dog. Assumtio Deip. Mariae in Coelum.

Dog. de puncto f. el. successor

Fides explicita et gratia comm. fidelium

in doctrina de Sacramentis, et speciatim de Sacramento Confirmationis, ubi quidem circa materiam et formam, tempus institutionis, in plerisque eorum non exstant definitiones solemnes. -

Quod etiam minime non erit, cum Ecclesia judicia sua solemnia pronunciaverit, controversia exorta, vel arcana aliqua peculiari oblata; - a judicio ergo abstinuerit; - quodsi in controversiam non fuerit vocata aliqua Thesis; nec discrimen inconvertebant essentialia doctrinae praecipuae capita. Haeres ejusmodi, quae quidem Revelationis objectum sunt, attamen per judicium Ecclesiae non definitae, pariter quidem dogmata sunt, ad discernenda tamen a definitis vocant haec dogmata simpliciter Christiana, priora autem Christiano-Catholica. - Hujus huius distinctionis hic est: quod, quamdiu solemnis pronuntiatio Ecclesiae non exstat, tamdiu aliquis adversarius dici non poterit stricti nominis haereticus, neq. a sinu Ecclesiae vere, alienus erit habendus. Sic e.g. Cyprianus, quamvis iterationem Baptismi ab haereticis collati, defenderet, haereticus dici non potest, quia hunc temporis Ecclesiae sensus non erat declaratus. - Si quaeritur: an illa, quae non sunt definita ab Ecclesia, etiam objectum Fidei constituant? - respondemus affirmative - scil. pro omnibus illis, quibus est persuasum: Christum haec docuisse. Quapropter haec, dogmata, „subjectiva" quoque dici possunt, - definita autem ab Ecclesia, „objectiva". - Interim tamen et in non-definitis notandum est: Ecclesiam, etsi fidem suam non solemniter pronunciaverit, tamen, hinc inde per varia momenta in vigilare, quid sententiae foveat, idque pio Matris-Ecclesiae filio attendendum esse per se patet, e.g. Ecclesia non definivit quidem: daemoniacos, - corporaliter scil. a daemone obsessos, cum autem daemones existere statuat, atq. spirituales tentationes admittat, colligere quodammodo licet, et corporales obsessiones Ecclesiam agnoscere.

Nota. Nos, dum Ecclesiae declarationem ad dogma Christiano-Catholicum requirimus, nequaquam esse in illa sententia, quasi Ecclesia dogmata condat, vel aliqua Propositio non antea jam fuerit

revelata, quam Ecclesia definivit, patet, cum §42 expresse dixerimus Ecclesiam per omnia subnixam esse verbo divino. —

§53. Dogmatum divisio in pura et mixta.

Dogmata dividuntur in pura et mixta. pura dicuntur illa, quae veritates continent limites rationis transcendentes, quae proprie ex sola revelatione cognoscuntur, ideoque objectum sunt revelationis materialis. Haec dogmata pura dicuntur etiam mysteria: — mixta dicuntur, quae tum ratione tum revelatione innotescunt, et sunt objectum revelationis formalis.

Specialim aliqua subjungimus de Mysteriis: Mysterium sensu strictissimo sic etiam potest definiri, quod sit „doctrina divinitus revelata, in qua quidem, quid Subjectum et Praedicatum sibi velint intelligimus, quo tamen modo ad invicem se habent, nullatenus assequimur." Vocabulum ipsum derivant ab hebreo סתם, latuit, absconditus est, unde סתום, res abscondita. — Illi a graeco μύειν, claudere, abscondere, vel μυεῖσθαι sacris imbui. — Quidquid autem sit, certum est sensu strictissimo pariter et ecclesiastico id, quod dicimus per Mysterium significari: sensu autem latiori etiam quamlibet doctrinam significat, quae antea incognita erat. — Mysteriorum Adversarii sunt deciani et Demonstrantes, alii Rationalistae dicti, qui primum, ut jam diximus supra, admittunt — et admittunt ad rem mysteriorum impugnandam, ipsamque eorum possibilitatem negantes. Quod jam possibilitatem eorum attinet de ea jam diximus §. 35. P. I. ubi simul objectiones adversariorum solvimus. — Quod rationabilitatem fidei in mysteriis concernit, ibi pariter notavimus: falsum esse, quod in mysteriis insania sit perpere verba nil prorsus dicere, Deum autem Dei revelantis auctoritatem supplere defectum intellectae cognitionis, cui fane quisque facile acquiescere possit. — Hic autem addimus: rationabilitatem fidei in ea, ex inde etiam patuisse quod in

/.

rebus naturalibus quoque sensui obviis longe plurima existant, quae existere certissimi sumus, quamvis cur, aut quodammodo existant ita oppido ignoramus: exemplo sint: Materia vis electrica, magnetis, et ejusmodi. Eadem modo res se habent cum objectis Religionis naturalis, quis enim v. c. rem internam libertatis humanae solvit hucusq? Quodsi ergo Auctor naturae ita nobiscum agit, ut in rebus naturalibus aut naturali religione exhibeat mysteria, in quorum investigatione deficit et succumbit ratio humana, negandum non est, eandem Deum omniscium et Sapientissimum, dum est Auctor Religionis Redemptionis, ita nobiscum agere potuisse, ut mysteria proponeret incomprehensibilia; et sicut stultus jure diceretur, qui propter mundi ignorantiam, potius eam in usum non adhibeat, vel objecta Religionis naturalis non credat: sic oppido stultus dicendus esset, qui propter internum cognitionis defectum has veritates non admittat, quamprimum constat Deum eas revelasse. Revertamus ergo in usum nostrum, quae benignissime obtulit Pater coelestis, bene memores, arctis valde limitibus circumscriptam esse rationem humanam, quoq. eo maxime honestabitur, quod eloquii divini recipiendi sit capax. Interim tamen quamvis haec veritates rationis humanae limites transcendant, aliquas tamen circa illas ratio exercet functiones: scil. revelationis est monstrare: 1mo Nullam in iis cum suis principiis esse repugnantiam 2do Argumenta, quibus persuadetur, Deum esse eorum Auctorem inquirit. Illaq. demum 3tio In usum suum convertit praesentiens eorum cum indigentiis nostris naturalibus connexionem. — Fidem in mysteria solam aliquis statuem servasse, et vetasse diximus, ubi contra Satianos de non percipibilitate objectiva Religionis Christianae §35. Partis hujus disputavimus.

§34. Dogmatum divisio in principalia et minus principalia.

Omnium quidem dogmatum una, eademq. nota propria est,

quod nempe sint divinitus revelata. In singulis ergo illis eadem in est auctoritas divina; hinc respectu ad veritatem et certitudinem nulla prorsus inter illa discrimen locum habet v. habere potest. – Sed non omnium eadem ad Fidelem, virtutemq. juvandam efficacitas. Sunt etiam aliqua, quo necessario stare debent ob nexum cum illis, quorum maximus in vitam humanam est influxus; hinc discrimen statuitur inter principalia, et minus principalia – nequaquam ab auctoritate et obligatione Fidei, sed ab influxu in moralitatem petita. Quaenam ad principalia, quae ad minus principalia referantur, non consentiunt Theologi. – Professantes quoq. diversa tamen ex ratione dogmata dividunt in fundamentalia et non-fundamentalia; – : vel Articulos Fidei fundamentales, et non-fundamentales. –

Fundamentales articulos appellant veritates divinitus revelatas, sine quarum cognitione salus aeterna acquiri non potest; quorum duas statuunt classes: unam fundamentalium primariorum, qui absolute, salva felicitate aeterna ignorari non possunt, aliam secundariorum, qui ignorari quidem possunt sine dispendio salutis sed semel cogniti ob nexum cum primariis debent fide divina credi, et non possunt negari. –

Non fundamentales vero vocant veritates divinitus revelatas, quae salva salute ignorari, imo negari possunt: fundamentum, ergo petunt ab ipso assensu, qui aliquibus veritatibus revelatis praestari debeat, alias vero possit negari. Talem divisionem merito rejicimus, et explodimus, cum vota omnis dogmatis communis sit auctoritas revelantis Dei, quae in omnibus eadem est, et manet, quae cognita, omnibus imponit sanctam officium credendi, quae a Deo revelante proposita intelliguntur. Accedit, quod sic Deus frustra revelasse haecce omnia, in quibus assensus felicitatis hominibus est liber, quod injurium est in Deum, illog indignum. Denig illa distinctio hoc sensu sumpta, antiquitati ecclesiasticae contraria est, cui

sacris Litteris, nullum prorsus fundamentum habeat: haec enim Fidei universalem in genere postulant sine omni restrictione. – alterum constat, quia Ecclesia Novatianos, Donatistas et similes, qui nequaquam in fundamentalibus dissentiebant, sicut reliquos rejecit, et contra S. Cypriani sententiam, etsi essentiam baptismi nequaquam, sed tamen primum concernebat ejusdem, exsurrexit, illamq; damnavit. –

§55. Articuli Fidei; Doctrina Catholicorum; Conclusiones Theologicae. –

Quid Articuli Fidei nomine veniat, non consentiunt. Alii sub illis intelligunt dogmata ea, quae summi momenti, et omnibus proposita sunt, et sine dispendio salutis ignorari non possunt; alii tales propositiones, sub quibus pluria continentur dogmata e.g. Dogma de ss. Trinitate, quod pluria dogmata complectitur, e.g. Dogma: Unus est Deus, Tres Personae sunt: etc. alii placuit illud solum dogma, Fidei Articulum nuncupare, quod expressis ab Ecclesia verbis definitum est, ita, ut quodlibet Dogma objectivum, Fidei sit Articulus, et haec sententia proplacet.

Doctrina Catholicorum audit, quae apud plerosq; quidem fideles invenitur, quin tamen inter Fidei dogmata recenseatur, aut ad credendum proponatur: e.g. Doctrina Catholica et Doctrina Catholicorum non est idem; omnis quidem doctrina Catholica est simul doctrina Catholicorum, non vero vice versa: Prior enim complectitur dogmata ista objectiva; posterior vero et ea, quae quidem ab Ecclesia non sunt definita, attamen in quo maxima Theologorum pars consentit p. v. c. doctrina de immaculata conceptione B. V. Mariae, – propterea ergo doctrina Catholicorum dogmati objectivo. –

Conclusiones Theologicae a dogmate omnino sunt discernendae, quamvis ex dogmate per ratiocinium prodeant, saepe enim homines ipsa illatione fallantur, hinc conclusio, quae ex una praemissarum dogmatis et altera rationis vel experientiae sol.

Minor ducitur fides absoluta Catholica, dici nequit. Quod si vero Conclusio talem infert propositionem, quae cum dogmate est identica, ubi scil. in ipso dogmate idem analitice continetur e.g. Emma Dei adhibita ex notione entis perfectissimi - - : dogma exinde prodit. Potest autem propositio, quae alias ex praemissa humana infertur, fieri dogma, si Ecclesiae magisterium definiat illam in vivo depositi reapse qua revelatam contineri e.g. Confessio Sacramentalis. -

§56. Orthodoxia et Heterodoxia.

Ex Principio veracae Ecclesiae Christi rite intellecto, facile fluit, quid orthodoxiae nomine veniat. Quicumque enim illam, quam Magisterium Ecclesiae infallibile definivit doctrinam in omni sua extensione assensu probant, et amplectuntur, dicuntur Orthodoxi, i.e. recte credentes. Fidei ergo a Magisterio Ecclesiae definitae professio nominatur Orthodoxia. Qui eidem in uno vel pluribus articulis a doctrinae definitae integritate deficiunt, vocantur Heterodoxi et talis a vera fide aliena Religionis Professio, appellatur Heterodoxia. - Sic Bonitas ex integra, defectus ex parte. - Non recte statuere haec patet ex iis, quae §53 hujus Partis diximus. Ecclesiam Christi veram internum pro sua fide posse, salutare debere assensum, nec externam contentam esse posse Professione et abjuratione inter Regulam credendorum, et docendorum abhorrere ex eo patet, quia quidquid Ecclesia Christi vera credendum proponit, objectiva gaudet certitudine, Spiritus S. adjutorio definitum est. -

§57. Conclusio.

Haec de normalica Fidei Christianae vera, ejusque unico legitimo Principio. Quicumque ea omnia rite perpenderit, intelliget: talem aedificium existere in omnibus suis partibus firmum, et clausum, in quo pulo habitant omnes, et singuli, sive eruditi sunt, sive rudes qui cum securitate salutem suam volunt operari. Nullis opinionum, et commentorum humanorum ludibriis exposite veritas doctrinarum fallaciis nequaquam circumagiti. Aedificium Deo dignum, qui, si quid revelaverit, illud providentia

sua peculiari amplecti debeat semper, quod in hominum salutem disposuit. - Gratias ergo agamus Salvatori nostro Deo, qui ad admirabile lumen suum nos vocavit, nos ex omni parte lucentem Ecclesiam sacro-sanctam nostram, quam Romano-Catholicam appellamus, et cujus membra ex infinita misericordia sumus, in omnibus notis fulgere, quae veram Christi Ecclesiam ex mente Christi exornant, quodque in hac Parte deduximus. Hisce simile experimur, nexus hujus Partis cum Parte sequenti. —

Pars quarta.

Demonstratio Veritatis Ecclesiae sacro-sanctae nostrae Romano-Catholicae.

§1. Conceptus Demonstrationis. —

Facile intelligitur, qualis demonstrationum series requiratur ad Ecclesiae sacrosanctae nostrae veritatem demonstrandam. Etenim, sicut ex criteriis Revelationis verae in genere deductis, ad Religionem Christianam applicandis adtulimus, Religionem Christianam unice veram esse revelationem divinam: sic etiam illam solum intelligimus Ecclesiam Christi veram, quae internam et externam constitutionem eandem, eumque principium Fidei retinuit, quae Christus Ecclesiae suae vera praecepit. Sive, si explicatius proponatur: Illa sola vera Christi Ecclesia erit, quae perfecta unitate, Sanctitate, Catholicitate et Apostolicitate, viva Traditionem, Magisterio-Petro-Apostolico inhaerentem, principium Fidei Christianae habet, sacras Litteras, et Traditionem, paternalem fontes demonstrationis Religionis Christianae agnovit, judicium magisterii sui sive in Conciliis congregati, sive per totum dispersi infallibilitate donavit, firma fide tenet. - Atqui sic invenimus: Haec omnia, sola in Ecclesia, quae dicitur Romano-Catholica deprehendimus: Ergo illa sola vera Christi Ecclesia est: quod modo per partes, quam vis paucis, demonstrabimus. Dicimus autem „paucis", non quae si levioris momenti sit haec doctrina; est enim gravius momenti

momenti maximi, quia ex persuasione de veritate Ecclesiæ no-
stræ, rationabilitas Fidei in eam, et obedientiæ illæ erga illam,
tota dependet; maxime autem etiam propter diversarium
copiosum numerum. Et tamen paucis potuerimus rem absolvere
quia omnia illa, quae parte antecedente, in probationem volun-
tatis Christi quoad Ecclesiæ rem adduximus, domestica sunt
Ecclesiæ ipsius, quam veneramur nostrae, quæ fontes illos histo-
ricos semper suos agnovit, illisque usa est. Deinde etiam profes-
sores, quia quilibet nostrum si antecedentia haec pensitaverit,
oportet sua imagine videre eorum, quæ in Ecclesia nostra, ut
ab infantia docti sumus, vigent. Hæc, in memoriam fere revo-
care illum oportet suarum lineamenta.

§2. Unitas Ecclesiæ nostræ

Unitatem competere sacro-sancto nostræ eo sensu, quo eam
ex mente Christi S.S. P.III. descripsimus, patet. Etenim omnes,
qui vere Catholicos dicunt perfecte consentiunt in dogmate
Fidei, eandem spem fovent, idem charitatis præceptum juxta
scriptum profitentur. Idem omnes caput Ecclesiæ suæ visibile,
centrum unitatis agnoscunt, et per episcopos suos ad primi-
tatem pergunt, iisdemque sacramentis semper, contra sensu-
alitatis assultus muniuntur. Pro demonstrando hoc asserto pro-
vocamus ad libros nostros symbolicos, symbolicos, Conciliorum oecu.
decreta, Catechismos, et Fidei-Professiones, quæ Ecclesiæ ap-
probationem fuerunt, decisis Concilii Tridentini superstruc-
tus, cujus Concilii definitiones apprime consentiunt cum a
vera doctrina, quam semper et ubique apud omnes invenimus,
(quod studium Theologiæ dogmaticæ specialis abunde patefacit).
Id autem asserentes intelligimus consensum in definitis Fidei
dogmatibus, - quae pauca sunt, et de quibus inter ipsos Catho-

licæ vigent controversiæ, fidem minime spectant, sed quæstiones, a-
Diaphoras, quas in utramq; partem licet versare. - Spectant in quam
accidentalia tm, utpote ritus, qui divina institutione non pertinent,
linguam, quæ sacris operandi, ministri, et ejusmodi. - Ita, ut Catho-
licus, quorsumcunq; in orbe terrarum loco, ad Catholicos perveniat,
domum pene paternam inveniat, in qua fidem eandem Clerum, om-
nes. Tota alia ecclesiarum Protestanticarum facies: quod capita
idem sunt, tot pene sententiæ, ut cuilibet involuerit, qui precen-
toris litteralibus non sit ignarus; et modernas illorum confessiones
cum doctrina Lutheri et Calvini conferet, videritq; abhorrentem distan-
tiam plurium articulorum a fide Ecclesiæ antiquæ, ut suo loco
videbimus. - Magis inter se conveniunt Ecclesiæ Anglicanæ asse-
ctæ, Ecclesia enim Anglicana umbram saltem hierarchiæ, Episcopos
scil. suos cum primate Cantuariensi nexos retinuit. Has muta-
tiones in fide et varietates luculenter exposuit Bossuetus, dis-
sensiones autem inter ipsos sic dictos reformatores, historia re-
formationis ipsius repræsentat. -

53. Sanctitas.

Pari modo Ecclesiæ nostræ competit sanctitas. habemus enim
sanctitatem Originis, qui eam doctrinam adhuc profitemur, quam
docuit Salvator, sanctissimus, et tale provocamus adversarios, ut,
quod evincere hucusq; non potuerunt, - vel unum dogma osti-
beant, agnosci a Catholicis, quod vel pecto patrum, morum integri-
tati, aut Dei verbo oppositum sit. - Procul quoque semper Eccle-
sia nostra exhibet cultum externum, qui spiritui sensuali humanæ
per omnia est accommodatus, illuminantem simul intellectum,
cordis recessus intimos tangentem, sed et ad bonum faciendum
fortissime stimulantem. Habet quidem ritibus divinis in si-
tudis dividem cæremoniarum thesaurum, sed et in hisce ad-
versarios provocamus: unam monstrent, quæ moralitati
adversetur, vel potius non ex directa sit, ut virtutis studium,

modo, per omnia Deo digna promoveat, (ut studium Theologiae Pastoralis et in genere illi libri copiose testantur, qui publicus &c. expandis exponendis occupantur.) Nostri insuper sunt immunes illi martyres, confessores, virgines et viduae, quorum vitae sanctitatem miramur, cui non modesti quidem adversarii admirationem denegant. Caeterum pulsitia etiam in Ecclesia nostra damnamus membra, quae factis negant, quod ore profitentur, agnoscimus, et dolemus; ea autem Ecclesiae ipsius sanctitatem tam parum obstant, quam parum sol per nebulas detrimenti quid capit. Obsecramus autem Protestantes ut supersedeant, colligendis &c. hujusmodi abusibus inutilem ponere operam; scimus etenim, quod et illi scire deberent: ipsum Christum perpessisse, ut starent Apostoli Zizania inter tritici usq ad tempus messis: Matth 13. Sic imperfecti, perfectis erunt mixti, usq ad finem saeculorum. Quodsi ex hac nota Ecclesias acatholicas consideramus, dicendum, eas schismata fovere, cultum exhibere humanae naturae non usq, quaq accommodatum, detruncata habere sacramenta, adeoq quoad salutis media cum Ecclesia nostra comparationem non sustinere, ut nihil dicamus Doctrinam de certitudine Justificationis in Ecclesia Lutherana superbiam nubisse, fidem, quam dicunt justificantem abusibus facile patere, reprobationis decretum absolutum in Ecclesia Calvinistica in desperationem parere, - quae clariora sient ex Dogmatica speciali. -

§4. Catholicitas.

Universalem & nostram Ecclesiam, sic concipimus: 1.mo Latissime propagata est, complectitur enim nationes plurimas, omnes terrae plagas, invitat ad unum omnes gentes, conatur, et numquam non dedit operam, pabulum salutis toti terrarum orbi porrigere, quod ipsa Historia missionum testatur. 2.do. Nec officit, quod dentur regiones, in quibus non inveniuntur nostrae ecclesiae cultores; - dum enim de Catholicitate loquimur, non tam realem

(Hmmy mit Glossen)

extensionem, quam indolem ad universalitatem, spectamus: illam ea-
dem habes in doctrina de Infallibilitate, per quam ut §34. Pars III.
demonstravimus, potest fieri omnium temporum, hominumque loco-
rum ita, ut rationabile fiat obsequium omnium cultorum, deo ac
fidium per divinam auctoritatem omnibus sufficientem. 3tio) Nec
eadem haec recte praecipere patet, quia Ecclesia tempore Ignatii
Martyris jam dicta fuit catholica, quamvis tunc nondum sicut po-
stea fuerit propagata. Denig 4to) Ecclesia nostra unica est, quae
de antiquo hoc nomine appellat catholica nullaque reliquarum hoc
nomen sibi tribuere audet. — Gaudet ea ecclesia nostra nomine quo
que illo, quod essentiam ejus clare exprimit. Semper propterea
memores simus verborum S. Pacians: „Christianus mihi nomen est,
Catholicus cognomen." Ab haeretico nomine nostro populus hac ap-
pellatione dividitur. — Protestantium Ecclesias haec nota defi-
cit, unde magnum numerum sibi habeant adscriptum, eadem
patet, quia infallibilitatis dogma rejecerunt. —

§5. Apostolicitas.

Nostra denig ecclesia verissima nuncupatione appellatur apo-
stolica in omni hujus vocabuli §11. et seq. Pars III. deducti va-
lore. Id enim vincunt non solum dogmata, quae eadem profi-
temur, ac Apostoli tradidere, sed et a talibus pastoribus regimur,
qui successionem habent ab Apostolis. Quicunque enim hanc se-
riem nunquam interruptam negare, vel in dubium vocare
vellet, proderet is se ignarum, vel malevolum, sicuti enim, ut ex I. Tre-
naei loco citato vidimus, antiqua jam Ecclesia praecipuam in hanc
successionem Apostolicam curam impendit: id fecit omnis subse-
quia, sic facit et nostra hoc tempore. Et quidem cognoscimus:
1mo Primatem S. Petri successorem, Papam sanctissimum, et quaeli-
bet historia ecclesiastica seriem illam non interruptam a Gregorio
XVI. hodierno usq ad S. Petrum enumerat. — Agnoscimus in eo
caput visibile, vicarium spiritualem Christi, super terram
cujus quia essentialia, — ab universali Ecclesia agnita, sed et

/.

Sed et accidentalia jus Canonicum enumerat, ea quibus elucet, qualem et quantum Pontificem veneramur Catholici. Agnoscimus 2do / In Episcopis nostris reliquorum Apostolorum successores, manuum impositione ordinatos à legitimis Episcopis, cum ordinatione, cum sede Petri habentibus, et quidem: illa ipsa successio Apostolica, per Spiritus Sti ordinationem, quasi in catena decurrens, evidentissime per libros demonstratur, qui episcopis singulis inhærent, ab iis ecclesiis desumptos, quibus præesse præsunt, in suffraganeis ab iis Ecclesiis quæ in manus infidelium devenerunt. Per hos historica originis Episcopatuum et continua successio facillime exhibetur. /

3tio / Sicut porro antiqua ecclesia: sic et nostra agnoscit presbyteros dignitate inferiores episcopis, per episcopos tamen ordinatos. Sed et diaconos Presbyterorum coadjutores. Sic divina illa constitutio, quam Christus ordinavit in Apostolis, in nostra Ecclesia perdurat, et in ea visibilem (mirae) speciem habet veritatis ita, ut sine hæsitatione defendamus unicè nostram Ecclesiam esse veram Christi Ecclesiam. Nostra vero Ecclesia unice ea hisce vera probatur; quapropter toto corde S. Augustini verba, quibus momenta exponit, cur ecclesiæ catholicæ adhæreat, nostra facimus cum eo dicentes /: contra Epistolam Fucentii l. 4. /: „Multa sunt alia, quae in ejus scil. Ecclesiæ catholicæ gremio me justissime teneant; tenet consensio populorum atq gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata, tenet me ipsa sedes Petri Apostoli, cui pascendas oves suas post resurrectionem Dominus commendavit, usq ad præsentem Episcopatum, successio sacerdotum tenet postremum ipsum Catholicæ Ecclesiæ nomen. Ita ergo tot et tanta unanimis christiani carissima vincula rectè hominem tenent credentem in Catholica Ecclesia; apud vos autem /: hæreticos :/ ubi nihil horum est, quod me invitet, et teneat, sola personat veritatis pollicitatio - si autem tantummodo promittitur, et non exhibetur, nemo me movebit ab ea fide, quae animum meum tot et tantis nexibus Christianæ Religioni adstringit." Hæc S. Augustinus. Utinam ejus verba pectori inscalpta teneat quisq! Catholicæ ad Salvatorem ardentes fundamus preces, ut id præstet per auxilium gratiæ suæ. —

Nota I. Ecclesiam nostram has qualuor notas semper veritatis fuq criteria agnovisse, patet ex symbolo Niceno-Constantinopolitano, quod in Missq celebratione recitat, et professioni Tridentinq fundamentum possuit, ubi occurrunt verba: „Credo in unam sanctam, Catholicam et Apostolicam Ecclesiam." Hisce gō notis veram Christi Ecclesiam insignitam ee debere, de Dogmate expresso est. –

Nota II. Antiquissimam ee compellationem Ecclesiq nostrq, qua Catholica dicit, monuimus precedente 5° addendum hic est: cur appelletur Romano-catholica: quidquid illa compellatio importet? Dicimus: – hanc compellationem sibi facto Petri Romq sedem fixerit, ibiq mortui; in hac gō sede sedent legitimi ejus successores, ab illaq urbe titulum repetunt suum. – Factum autem hoc ee de expresso Christi mandato non defendimus; etenim de expresso Christi mandato nil scimus et ipsa Ecclesia Romana illud non defendit, sic enim scribit Bellarminus: „Ratio autem successionis, qua Romanus Pontifex potius quam Antiochenus ex aliquis aliis succedat, initium habuit ex facto Petri non ex prima institutione Christi, nam potuisset Petrus nullam sedem particularem unquam sibi eligere, sicut fecit primus quinque urbis, et hunc moriente Petro non episcopus Romanus, neq Antiochenus successisset, sed is, quem Ecclesia sibi elegisset." Bene ergo distinguimus inter dogma de primate divinitus instituto, et doctrinam de sede ejus. Interim tamen probe intelligimus Numine sapientissimo disponente Petrum Romq sedem fixisse, ad illam etenim urbem capitalem tunc totius orbis, facillimus patebat accessus, semperq patebit utpote, quae in amoenissima Europq parte posita est quod non poterat, non muneribus a Primate imperiis adimplendis gaudere. – Caeterum modo jam non liberum est, titulum Primatialem in aliam Ecclesiam qualemcunq transferre, ubi enim Pontifex per qualecunq infortunium sede polleretur, vi ipsa Roma de orbe terrarum perieret, titulus Romanq Ecclesiq semper maneret titulus Primatis Ecclesiq ejq ob successionis certitudinem tali modo sine difficultate demonstrandam. Quicumque gō catholici appellari volunt quidem, refugiunt autem ab

additamento Romano-Catholicorum, non sciunt, quid momenti ipsa illa compellatio habeat, etsi non nihil auctoritate immediate divina. Sic res se habet quoad eum, cum non loquendi, ab initio quidem liberum est, rem aliquam sic vel aliter denominare, attamen postea jam non amplius licet a saltu non loquendi recedere, secus enim maxima confusio oriretur. - Sic etiam res se habet quoad denominationem Ecclesiae Romano-Catholicae. —

§6. Principium verae Ecclesiae Christi et reliqua servata in Ecclesia nostra.

Principium quod vero fidei christianae, quod exposuimus, fontes genuinos verbi divini in Ecclesia Romano-Catholica servata esse, patet ex Concilii Tridentini sessione IV^ta^, ubi haec verba occurrunt: „Sacrosancta oecumenica et generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sto. legitime congregata, praesidentibus in ea eisdem Apostolicae sedis Legatis, hoc sibi perpetuo ante oculos proponens, ut sublatis erroribus puritas ipsa Evangelii in Ecclesia conservetur, quod promissum ante per Prophetas in scripturis sanctis, Dominus noster Dei filius Jesus Christus proprio ore primum promulgavit, deinde per suos Apostolos, tanquam fontem omnis et salutaris veritatis et morum disciplinae omni creaturae praedicare jussit, perspiciens hanc veritatem et disciplinam contineri in libris scriptis, et sine scripto, traditionibus, quae ab ipsius Christi ore ab Apostolis acceptae, aut ab ipsis Apostolis Spiritu Sancto dictante, quasi per manus traditae, ad nos usque pervenerunt, orthodoxorum Patrum exempla secuta, omnes libros tam veteris, quam novi Testamenti, cum utriusque unus Deus sit Auctor, nec non traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel ore tenus a Christo, vel a Spiritu Sancto dictatas, et continua successione in Ecclesia catholica conservatas, pari pietatis affectu, ac reverentia suscipit, et veneratur." Eius verbis Concilii omnia insunt, quae Parte III^a^ deduximus. —

Etenim Concilium I.mo Profitetur aperte: originariam Fidei regulam fuisse Traditionem II.m Illam, quamvis scripta sacra superaddita sunt, valore suo non excidisse. III.o Asservatam eē in successione continua, Episcoporum scil. Ecclesiæ Catholicæ, seu in magisterio Apostolicō. Agnoscit: IV.to Divinam sacrarum litterarum auctoritatem, eandem, repetendam a Spiritu sancto, illasq fontem verbi revelati dici; sed et V.to Traditionis materialis auctoritatem, dum scil. ad Orthodoxos Patres provocat, atq propterea etiam VI.to Canonem, quem demonstravimus, Ecclesiæ Christi vere, quo creditur, quod semper, ubiq, et ab omnibus creditum est; sed et
VII. Magisterii infallibilitatem, dum se in Spiritu sancto congregatum ad Fidei genuinitatem conservandam dicit, quod etiam omnium sessionum exordio repetit; dein VIII. Legitimum Primatis præsidium per legatos in Concilio præsentes. —
Ex hisce ad Concilii Tridentini verbis clare seguit, omnia, vere Christi Ecclesiæ requisita in nostra inveniri, hasq propositiones eandem eē dogmata, Ecclesiae Catholicae definita. Ab hisce autem, omnibus, si divinam sacrarum litterarum auctoritatem demas, Ecclesias Protestanticas defecisse, et ex ipsa deductione Principiorum, ubi contra Protestantes copiose disputavimus, abunde patet. —

§7. Doctrina Catholica de sacra Scriptura.

Non autem in genere sum scripturam sacram fontem verbi divini declaravit Ecclesia nostra, sed agnoscens magnum, quo illa gaudet præsidium, specialiter rationem reddit, cur fons principalissimus sit Revelationis scil. ob inspirationem, qualesq libri hac inspiratione gaudeant, seu canonem stricte definit: quapropter, comodus hic locus est dogmata huc pertinentia exponendi, — et pulse discernendi, quae ad Fidem non pertineant. —

§8. Inspirationis ss. litterarum realitas. —

Hac inspirationem ss. litterarum, quod attinet, docet Ecclesia Catholica, eas ad Deum auctorem eē referendas, et eē propterea ss. Haec quidem in citato decreto Concilii Tridentini diserte in-

sunt.

/.

dixerit incunt, ad dogma autem Catholicum non pertinet notio inspirationis, neq gradus ejus. - Nag, ante omnia probandum est, quo fundamento ipsa illa auctoritas divina ss. litterarum nitatur, et quidem quoad punctum hoc, in memoriam jam ab illis revocare, quae alias in Introductionibus ubivis foederis dicta sunt, et quidem quod Foedus antiquum attinet:

I/ Plerig eorum, qui scriptores ejus sunt miraculis et Validimio esse legatos divinos demonstrarunt jam quomodo illi, qui a Deo missi, et loquentes, a Deo directi sunt, scribentes ejus auxilio fuerint destituti, non conspicitur, praecipue, cum error, quem scribendo commisissent perduraret et stabilis maneret, et eo certius legentes omnes aetatis in errorem induceret, nec corrigi posset. -

II/ Saepius Ds ipse hosce scriptores monuit et impulit, ut haec illa litteris consignarent. Sic Mojses expresse dicit: „se victoriam adversus Amalek Exod 18 et Canticum, Deut 31. ex divino mandato scripsisse. Similiter David Reg II. 23, 2. Spiritum Domini per os suum loculum esse dicit. et praeterea Jesaias 8, 1. „Et dixit Dominus ad me, sume tibi grandem librum, et scribe in illo stylo hominis." Jerem. 30, 2. „Haec dicit Dominus: scribe tibi omnia verba, quae locutus sum ad te in libro." Similiter et Cap 30, toto. Etiam Habac 2, 2. - Ezech 24, 2. se partes. - et Daniel 22, 4. se totum librum jussu divino scripsisse dicunt. -

III/. Christus praeterea libros A. T. Auctore deo conscriptos esse declaravit eo, quod ad illos locos provocavit, argumenta sua divina missionis ex iis depromsit et omnia in se impleri debere, quae per os Domini locuti sunt Prophetae, scripta autem erant, in libris Judaeorum s. asservit l.c. § 12, P. II.

IV. Clarissime id autem annuntiat Paulus, qui loco citato § 35. P. II. In epistola II ad Timotheum III 16 γραφὴ θεόπνευστος vocat, ut Deo sola illa compellatio, qua Ecclesia Christiana de canonicitate ss. litterarum utitur, „biblica" sive dicatur. Quodsi jam ad Ety-

mologiam vocabuli θεόπνευστος, attendamus illud notat, afflatu divino actum, divino quodam Spiritu afflatum, et apud ethnicos quoq adhibebatur de diis, quorum vi homines interdum agi existimabantur, ut notiones rerum antea ignotarum, insolito quodam modo acciperent, cui vocabulo respondet apud Latinos: „numine afflari“ e.g. Virgil. Aeneid lib III. v. 50. — Hoc θεόπνευστος ergo, quo Paulus de ss. literis utitur, sine dubio eas ita ad Deum refert, ut earum auctor sive dicatur.“ —

V. Hanc autem fidem in divinam horum librorum Originem, totamque conditionem, apud Judaeos etiam provulgatam invenimus, quod patet ex Philone de vita Mosis lib II, et ex Josepho Flavio contra Appionem lib I. c. 8. ubi hos libros δόγματα θεῖα continere, et propterea pro sacris libris Judaeos omnia tormenta passos esse, quo nunquam facilius sint graeci, etsi omnes eorum libri pereant. Negii mirandum ee, cum humano illm consilio conscripti sint, — defendit. Ex oppositione ergo librorum sacrorum cum humanis clare patet, ad Deum Auctorem Josephum hos libros referisse. Hoc quoad A. T.

Pro Novi autem Testamenti libris pugnat argumentum primologo pro V. T. libris adductum, illi enim repleti erant Spiritu sancto Apostoli, necessario ergo auxilium illud, quo loquentes gaudebant, ad Scripta eorum referebat, quodsi loquentibus illud auxilium necessarium adeoq reapse concessum fuerit, aeq necessario et multo magis ex ratione requirebatur quoq, ut de doctrina divina aliquid scriptis consignarent. —

Protestantes praeter haec alia non habent argumenta. Haec ita nequaquam adeo firma sunt, et rem ea cum gravitudine concludunt, ut omne removeatur dubium; etenim quoad Novum Foedus, sive quaeritur, an illud adjutorium divinum, quo gaudebant loquentes et scribentes Apostoli, ad Marcum et Lucam, qui Apostoli non fuerunt, extendi quoq possit, deinde vero, cum satis constat, alium habuisse canonem Judaeos Palestinenses, alium Alexandrinos; an Christus et Apostoli de divina V. T. librorum auctoritate

loquentes, hunc v. alium Sm mente spectaverunt Canonem? Quapropter firmius insuper postulamus argumentum, cum ex dictis certum nobis sit, ss. litteras ipsas sufficiens testimonium pro inspiratione divina librorum omnium nequaquam ferre. — Tale autem nobis suppeditatur in Traditione et sinceri demq decisione Ecclesiq, scil. scriptores Ecclesiastici omnis aetatis, unanimi et perpetuo consensu affirmant solam scripturam, illos scil. libros, quos Ecclesia catholica adhuc in Canone sno recenset, absq discrimine Deo inspirante exaratam ee. Saepissime hos sacros libros in dogmatum demonstratione citant effata, vv. verba Dei, divina oracula vocant, defendunt q nihil ibi rem humanae fragilitatis inveniri. Sic e.g. Clemens Romanus I. Corinth. 45. scribit: „Diligenter scripturas, Spiritus Sancti vera oracula, divina eloquia intuemini ex iis!" S. Justinus exhortatione ad Gentes de scripturae auctoritate dicit: „Eos, scil. scriptores auctores non indignissime dicendi arbitr, sed Sm modo, ut puros se divini Spiritus operationi praeberent." Irenaeus libro II adversus haereses Cap. 28: „Scripturas a verbo Dei et Spiritu Sancto dictatas esse meminit." Clemens Alexandrinus lib. VII Stromatum „Possum tibi, ait, scripturas innumerabiles adferre, quarum ne unus quidem apex proderibit, os enim Domini, Spiritus Sanctus eas eloquutus est." Origines scripturas divino Spiritu dictatas a Judaeis et a Christianis recte asserit contra Celsum lib V. — et sic quoq reliqui Patres. Neve ullum dubium restaret, qui praecisi libri hac inspirationis praerogativa gaudeant, Concilium Carthaginense III et Romanum saec. 4. Constantinopolitanum II oecumenicum et post illa Tridentinum sessione 4ta omnes libros nomine tenus recenset, qui Deo auctore sunt conscripti. Sic argumentum nostrum firmum ac stabile est suffultum efflato Spiritus Sancti, qui Patribus congregatis adfuit. —

Nota. Sacrae traditionis suffragio et demq judicio Ecclesiae opus ee, si de inspiratione ss. litterarum certo constet, docent prae-

fata hujus dogmatis in coetibus protestanticis. Ab initio enim mali, te hoc dogma reformatores defenderunt, imo strictissimam inspirationis notionem stabiliverunt, qua putabant, singula verba ipso dictante Spiritu sancto conscripta esse, perdebentur vix ille conceptus ita exlenuatus est, ut recentiori tempore fere apud plerosq; Socinianorum invaluerit opinio, qua sacros libros a profanis non differre docent, et sacris Scriptoribus ultroneq; Testamenti non alium influxum Dei adfuisse, ac aequalem Cicero de Poëtis, Quintilianus de Platone praedicat; imo erant et sunt, qui inspirationis conceptum puerilibus generis humani nascentis imaginibus fictis inutilibusq; tribuerint, et tribuant. – Sic Tiefstrunk, Ilgenius, Semlerus, alii; imo illi ipsi, qui inspirationem non ex integro negant, eo tamen devenerunt, ut saltem unum, alterumq; librum, vel saltem partes eorum ab ea praerogativa excludant, prosterea et de pugnis in sacris libris obviis copiosum sermonem instituunt. Quod sane mirandum non est, cum Scriptura unica Fidei forma assumpta, Testimonium, ut vidimus centum de inspiratione omnium librorum non ferat. Notamus insuper Protestantes, si quoad Marcum et Lucam ad probationem Petri et Pauli provocant – sibi non constare, cum sic necessario provocantes ad historiam, dogma suum fundamentale ex non accessa fonte probant. – Sane, sic felices sumus Catholici, quibus quoad hoc periculum, firmum Ecclesiae praesidium adest. –

§9. Notio Inspirationis.

Qualis praecise notio vocabulo Inspirationis sit subiicienda, ad definita, quod jam memimus Fidei dogmata non pertinet. Et propterea circa illam libere licet disputare. Reapse variant Theologi (quos ex Introductionibus nosse est,) in notione Inspirationis statuenda. –

a Alii inter quos Doctor Sabr, sedulo distinguendum esse dicunt inter Revelationem et Inspirationem; haec nihil docere, sed cavere ne illi errores: doctrinam vi ipsam repetendam esse a Revelatione, ut adeo ipsum modium scribendi, si expresse moneretur, referendum sit ad Revelationem, cum reapse sacer scriptor ea di-

eo aliquid eloceatur, quod ante non sciverat, scil. se ad scribendum per Deum moveri. Illi ergo in negativo Inspirationis concepto subsistunt, intelligunt, sub illa assistentiam divinam ad praecavendos errores. Contra hanc sententiam alii movent, hoc solum nonnisi illam conditionem efficere, per quam liber aliquis ad s. Scripturam pertinere dicatur. In precum enim publicarum ab Ecclesia universali introductarum formulis, in decisionibus Conciliorum oecumenicorum dogmaticis, in scriptis plurimis ss. Patrum ab Ecclesia probatis, nonnisi purum verbum divinum, absque omni errore resonat, praeidque Spiritus s. gaudet, quin propterea unquam ejusmodi scripta ad decisa sacra Scriptura fuerint aequiparata. –

Praeterea antiquitatis testimonia, quod vidimus, multo plus sub inspirationis notione, quae variis utuntur verborum formulis, intelligunt. Patamus haec omni jure contra illam notionem movere. Quapropter alii ad

b conditionem illam, per quam liber inspiratus dicatur, requiri asserunt, " Deum Hagiographum ad scribendum moviisse et impulisse, in ipso " mentis scriptionis actu duxisse, instruxisse, illustrasse, facile quidem " et sine sensu, et cavisse, quominus errorem committeret. – Haec quidem bene monita sunt, tenendum tamen est, ex altera parte ad generalem notionem inspirationis illa omnia simul sumpta non qua- drare, etenim, ut non dicamus, motivum scribendi divinum non semper commemorari, id tamen certum est, saepius motivum per omnia humanum elucere, ut in ipso Evangelio Lucae I, 1-4. Praeterea in " scribendo immediata divina et directio, non in omnibus, quae scripta sunt, necessaria erat; interfuerunt saepe sacri scriptores rebus ipsis gestis, nec opera multa erat opus illa memoria tenendi, et litteris consignandi. Sic ergo motivum scribendi et mentis illustratio, et im- diata directio divina non semper ita necessaria ac videntur, ut sine illis liber inspiratus non dicatur. –

c. Sunt praeterea alii, qui sacros scriptores ita actos per Deum fuisse dicunt, dum scriberent, ut nonnisi instrumenta fuerint; reliqua autem

effecerit Spiritus sanctus, - cui autem opinioni obstat: humanam indu-
striam in ipsis sacris scriptis elucere, occurrere repetitiones dic-
torum, quae Spiritum s. minus docent, invenire varietatem styli, di-
versamq scripturam scribentium etc. -

Sic vocant Theologi, nec illud minus videri potest, cum singulae par-
tes eorum, quae a diversis patribus, reapse separatim tam in s. lit-
teris, quam in traditionis documentis inveniantur, ubi de divina ss.
litterarum auctoritate sermo occurrit. Errare autem putamus plu-
res, quod particularia ad notionem generalem evehant. Cui propter
in ea tamus sententia: investigandam esse accurate, qualis notio
generalis tam in s. litteris, quam traditione, seclusis determinationibus
particularibus accurat, et in ea figendus erit conceptus. Talis autem
notio generalis, ex testimonio ss. litterarum, antiquitatis ecclesia-
sticq et ipsius Concilii Tridentini ea est, quod illi libri pelagi sem-
per fuerint ad Deum auctorem, propterea distinctos, ab omnibus
reliquis libris et per excellentiam dictos et sacros, et inspiratos.
Cui propter inspirationem definimus: „illam sacrarum litterarum
conditionem, ex qua ad Deum referuntur auctorem!" - Dicimus au-
tem porro: id vario modo per Deum effici potuisse, quin illos modos
ita necessarios putemus, ut defendamus, omnes conditiones simul ad-
esse debere, si liber aliquis, inspiratus dicatur. Potuit scil. Deus sacros
scriptores tacite vi, expresse movere, potuit, dum scriberent, ideas
minus claras reddere clariores, nonnunquam illis ipsa suppedi-
tare verba - quodsi a selectu verborum verus sensus penderet, - pote-
rat in rebus, quas aliquis scripserit, et experti erant, ille cavere,
quominus scribendo errorem committerent. Poterat in illos ita influere,
ut ex rebus jam notis, ea illi litteris consignarent, quae jam pro sco-
po divino necessaria erant; poterat ipse sacer auctor hujus direc-
tionis divinae vel conscius esse, potuit illam etiam ignorare. -

Quidquid horum fecerit, sive plures horum modorum conjunxerit, si-
ve unum, alterumve pro sapientia sua et re nata elegerit, reliqua
quae ipsis auctoribus reliquerit Deus, auctor sive dictator scrip-
turae, in qua nota, nec solus caeco veritus. Non proxumus

autem specialiter determinare velle, quid in singulis Scripturæ partibus fecerit, nisi specialiter id notetur. Nos nobis relicti, id tam parum scimus demetire, ac quidem gradiae in nobis efficaciter operantis nimirum influxum vel ipsius Revelationis modum, quo multifariam, multisque modis ad Patres est locutus benignissimus Deus. – Miracula hæc psychologica semper nobis manebunt mysterium; suaviter enim prosapientia quo Creator-Spiritus in mentes hominum illabitur, ut vix, ac de vix quidam sentiant, dum tandem ponderatis rationibus operationis perfecta admirantur, suo ingenio et arte longe superiora, qualia nonnisi deo spirante, terrestris creatura emini valet. Talis autem opus est scripturam s. quisque perscrutari, qui indolem ejus legendo, scrutando, meditando noverit. Haec de notione inspirationis; cavendum tamen, ne cito dicam, qui aliam ejus notionem defendat, haereseos nomen invadat. –

Nota I. Inspirationis notionem qualemcunque omnes pugnas penitus excludere, in ss. litteris, per se patet, omnes eo, quae occurrere videntur, apparentes sim sunt, quod tamen Canon certus, interpreti cauto licet est notandum. Solvi omnes posse, docent, qui biblia sacra ex professo pertractant, adcuravit eo eorum opera, si quando opus fuerit. Exegesis et Herm.

Nota II. Quod attinet limites inspirationis, sive eg. ad doctrinalia pertinenda sit illa, sive historica simul complectatur, ad dogmata quidem non pertinet; nobis tamen certum est: extendi illam ad omne objectum ss. litterarum, quia distinctionem inter historica et doctrinalia, quoad inspirationem ignorat Ecclesia, cum in genere, illos libros ad deum referat. Insuper historicis plerumque doctrinalia superstruuntur, ut deo, et ab illa assistentia divina necessaria sit; insuper talis distinctio opus divinum, et tribunam (privilegium) humanam nimium extendere videtur. –

Nota III. Illis, qui putant Christum et Apostolos, dum de divina s. Scripturæ auctoritate loquuntur, se illi ad opiniones illorum accomodasse, obstant omnia, quæ contra accomodationem positivo-dogmaticam in genere, dicuntur, specialim autem in puncto præsenti nullam idoneam accomodationis rationem adesse; Christum

et Apostolos, cum divinam vocant scripturam, dogmatice versari certum e.

§10. Canon Scripturae.

Nominimus jam 88. Concilium Tridentinum, non tm docere libros sa„
cros esse inspiratos, sed et catthalogum eorum, qui hac prerogativa
gaudent, recensere. Cathalogus librorum inspiratorum certus et fixus,
dicitur Canon. Ex historia notum est, de aliquorum librorum lam ve„
teris, quam novi Testamenti auctoritate aliquamdiu ee dubitatum,
hinc dividunt libros in Proto-Canonicos, de quibus nunquam est dubita„
tum, et Deutero-Canonicos, de quorum divina origine non statim omni„
bus constabat. —
Concilium Tridentinum nullo facto discrimine quoad auctoritatem, omnes
libros Proto et Deutero-Canonicos tamqm divinos sessione IV recen„
set, ad verba citata: „Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus
suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consuevernt, et in veteri
vulgata editione latina habentur pro sacris et Canonicis non susceperit
anathema sit." Quo ex Canone aequalis omnium librorum auctoritas
certe elucet. —
Nostrum hoc loco non est specialia pro divina horum librorum singu„
lorum auctoritate argumenta afferre, factum est illud in Intro„
ductionibus in libros ultimus Tractatus. Hic loci advertimus tm
Canonem Concilii Tridentini non ee novum, facileq monstrari um„
versalem in eundem Canonem consensum, etsi a singulis doctoribus pro
de aliquibus aliquamdiu fuerit dubitatum. Etenim jam Concilium Car„
thaginense III can 47. haec definivit: „Placuit, ut praeter Scripturas ca„
nonicas nihil legatur sub nomine divinarum Scripturarum, sunt au„
tem canonicae Scripturae" etc etc. recenset deinde omnes libros, quos
Tridentinum annumerat addens: „a Patribus accepimus ila in Ecclesia
legenda." Episcopi tamen in Concilio Carthaginensi congregati scien„
tes de aliquibus libris dubia ee mota, ad rei certitudinem evincendam
canonem hunc ad Ecclesiam occidentalem deferri jusserunt, Eccle„
siae Romanae sententiam expetentes. Innocentius I qui re cognita,
suo, et totius Ecclesiae occidentalis nomine, Canonem Concilii Carthag„

Carthaginensis probavit, et ex Traditione hausum asseruit, eundemq. dein repetiit Concilium Romanum anno 494 sub Gelasio Papa. – Ex hisce ergo consensus occidentalis Ecclesiae in eundem Canonem, quem Concilium Tridentinum citat, clare patet. Sed non minus de fide Ecclesiae orientalis constat, nam omnes sectae orientales, quarum aliquae saecul. 5to. jam ab Ecclesia catholica scissae sunt, eundem nobiscum Canonem profitentur; insuper autem Concilium Constantinopolitanum oecumenicum a. 692. Canonem Concilii Carthaginensis suum fecit. Sic Ecclesia universalis in idem dogma consentit. Esse autem de aliquibus libris aliquamdiu dubitatum, dogmatis certitudini non obstat; – etenim si ex inde objectio repeteretur, nullum fere dogma recipi deberet, quia variis tempore, variis dubia et controversiae variae sunt motae. –
Haec de s. litterarum Inspiratione et Canone dogmata catholica sunt.

§II. De interpretatione s. Scripturae

Doctrina Catholica. –

Quodsi quis ea, quae §20 Pars III demonstravimus scil. litteras s. nonne omnimodo claras, nec omnem doctrinam sti continere, pie perpenderit, quodsi insuper adiciderit: omnem antiquitatem Ecclesiae, quod Testimonia §20 citata exhibent in ea fidissime sententia, scripturam sacram ad Ecclesiam tm pertinere, individuo cum ea, et cum ejus doctrina nexu cohaerere, imo haereticos neq. pie quidem ad scripturam provocandi; facile intelliget, quid Ecclesia sti vera adeoq. catholica de interpretatione praecipere debeat. – Quod scil. interpretationem ejus attinet, Concilium Tridentinum sessione 4ta pro interpretandi s. Scripturam ad Ecclesiam pertinere dicit, asserens: „cujus" – scil. Ecclesiae – „est judicare de vero sensu, et interpretatione Scripturarum," – quod jus exercuit etiam e.g. definiens sessione 14ta Can. 3tio verum sensum verborum Joan. 20, 23 et Cap 1. de extrema unctione sensum loci Jacob 5, 14. Porro sessione 5ta canon 2 et 4 verborum ad Romanos 5, 12. Addens autem insuper regulam negativam interpretationis certe falsae, si scil. talis ex Scripturis duceretur sensus, „qui esset contra eum sensum, quem tenuit

et veræ sanctæ matris Ecclesiæ, aut etiam contra unanimem consensum Patrum." Hæccce a vera Xti Ecclesia præcipi debere, ex argumentis citatis patet. Non poterat separare Ecclesia, quod Dñs conjunxerat, neq liberum relinquere, quod necessario corpus Xti scindit et lacerat, cujus unitati et veritati servandæ studendi, sanctum ipsi incumbit officium. —

Hic illm monemus: Ecclesiam per illud decretum nequaquam regulas hermeneuticas superfluas v. non adhibendas declarasse, potius ecclesia semper modestum studium commendavit et commendat, merito ipsum ss. Patrum probe agnoscens, et laudans, qui plurimum, uti S. Hieronimus in studio biblico desiderarunt. Præterea illud decretum (nequaquam regulas hermeneuticas superfluas) partes dogmaticas præcipue spectare, in illisq eas, quæ ad revelationem materialem pertinent, ex rei natura certum est. Hoc de interpretatione ss. litterarum decretum illm disciplinare esse, quod non nemo Catholicorum recentiori tempore defendit, nemo admittet, qui, quomodo illud ex principio veræ doctrinæ Xti ultro fluat, consideravit. Id asserit Dr. Gratz Tübingensis. Asserti hujus sequelæ tristes apparent in Com. in Matth. quem adornavit. — Falsas expositiones plurium locorum hujus Commentarii solide refutavit Dr. Binterim. —

§12. Lectio ss. Litterarum.

Denig, quod secundum principium Religionis Xtianæ verum de lectione ss. litterarum præcipere debeat Ecclesia Catholica, non difficulter intelligitur. Etenim neminem a lectione earundem absolute potest prohibere, sunt enim ss. litteræ documentum divinum, epistola Patris benignissimi ad genus humanum, quod Ecclesia catholica semper agnovit (S.C. h. P.) sed lectionem sine discrimine et sine cautionibus, et eum in finem, ut per lectionem fidem sibi construant, concedere nunquam potest. Hoc etiam patet ex iis, quæ 5° antecedentis monuimus. Etenim si obvia cuiq ss. litteræ tradantur eum in finem, ut inde fidem sibi construat, poterit ne integrum verbum divinum haurire ex fonte, qui totam doctrinam non continet? —

Simon ex omni parte clare sunt ss. Litterae, potestne obvius quisq; sine periculo doctrinam suam percipere? Et, si omni, quod Patres, ut audivimus, abunde conquerentur, tempore quilibet haereticus ad ss. Litteras provocavit, et praesidium errori suo ex illis, earumq; lectione, sine necessaria cautione inhibita, invenisse sibi visus est, nonne et nostro adhuc tempore et omni subsequo, illa lectio incauta, abusibus quam plurimis patebit? nonne Ecclesia, si id concederet, unicam fidei normam, vam ss. Litteras haberet, et tali modo a principio divinitus constitutore cederet? –

Sane ss. Litterae non in legendo, sed in intelligendo consistunt, quod s. Hieronymus dicit: et quia intelligentia earum difficilis est, et abusibus patet, prospexerat Ecclesia catholica omni tempore, et adhuc dum sapientissime praecepit, ut necessarius tantum cautionibus, populo fideli tradantur ss. Litterae, additis scil. adnotationibus, explicationibus, respectu ad ecclesiasticam praedicationem semper habito, et quia plura in illis occurrunt, quae illud historice vera sunt, et ex genio orientalium puliberrime dicta, eg. historia de Lott: tamen seducere a via veritatis facile possent, delectu quodam inhibito etc; et ut omnia secundum iudicium Episcoporum, et eorum, quibus curam animarum demandarunt Episcopi, eo in negotio peragerentur. – Societates autem sic dictas bibliicas Anglorum recentiori tempore minum sane in modum auctas, et propagatas suo asserto non probavit, etsi ipsorum Catholicorum aliqui, rei novitate perculsi, et apparentis utilitatis specie abrepti omnibus viribus eas promovere studuerint. Sic unitas et auctoritas doctrinae conservatio Ecclesiae Christi, ut decebat, unice cordi erat et est, quicquid Protestantes et ipsi scitvoli quidam ex Christianis Catholicis dixerint. Non enim deerant plures, qui antiquas repetierunt criminationes, quibus Ecclesiae Catholicae objicierebant, quasi documentum divinum assectis suis dolose surripiat, hoc autem Ecclesia Catholica nunquam fecit. – (Intimo enim persuasum habebat semper: Salvatorem scrutationem scripturarum praecepisse) salutem hoc est. Joan. 5, 39. Apostolis pariter studium legendi ss. Litteras non reprobasse, Act. 17, 11, imo jussisse II Timoth. 3, 14. Sanctos autem Patres, ut libet,

liberam et a doctrina Ecclesiae sejunctam lectionem ipsis feminis quae, quod fecerunt s. Chrisostomus et Hieronymus commendasse. Testimonia collegit Van Ess, et editioni versionis sue germanicae octavae in majori 8vo praemisit. Ipsi autem summi Pontifices, Innocentius I, Gelasius, Gregorius I, Sixtus V, Clemens VIII. lectionem scripturarum magnopere commendarunt, et Ecclesia nunquam non et textum originalem et veterem vulgatam, imo et versiones vernaculas ita adornatas approbavit, quod facere non potuisset, si additum ad ss. litteras praeclusere voluisset. — Sic ea pia mater Ecclesia nostra salutis eorum semper invigilat, prudenter vult omnes ut haurient potum vitae et fontes salutares, prudens autem docet, et vigilat, ne doctrinis foeda fontes morbemque pro vita sibi libant. —

Nota. Per liberam ss. litterarum lectionem omnibus sine cautelis concessam, omne inexhibitum ecclesiasticum perire, ipsam fidei lectionem pluribus abusibus patere, malefactores ex Protestantibus agnoscendi, nominatim Anglus Chalan, duabus dissertationibus Londini 1817 et 1818 impressis, et ipse Wederlinius, institutionum theologicarum Parte I §50. —

§13. Conclusio et Nexus.

Ex his ea sequitur, Ecclesiam sacro-sanctam, nostram Romano-Catholicam exclusive veram ee Christi Ecclesiam, cum illi soli ea conditio externa et interna, illaeque nobis in omni extensione conveniant, quas Xtus Ecclesiae suae praescripsit, ut sit lucerna pedibus omnibus, qui verum volunt videre, — salutemque suam secure operari. Interim tamen, quemcumque exacta quaelibet cum multi sint quietus hanc Ecclesiam Christi degant, aliis coaetibus religiosis addicti, quin judicii, et principiis Religionis Christiano-Catholicae de iis sit sensum, ne ex una parte charitas Christiana violetur, ex altera autem tamen tam indifferentismo fatua febris aperiatur. Itaque in sequentibus doctrina de membris vere Ecclesiae, de tolerantia, et quae cum hisce cohaerent, erit proponenda. —

§14. Definitiones.

Necessarias autem ad omnia praemittimus definitiones, quae secundae disquisitioni fundamento sunt, si quidem, quomodo Ecclesia Romano-Catholica definiatur, dubium nullum ee potest. „Est Societas hominum religiosa, in magisterio Petro-Apostolico unita." Qua definitione distinguitur ab alia qualicumq Ecclesia, et tesseram veritatis in se gerit. - Dum autem Ecclesiam sic definivimus, intelligimus sub ea, visibilem supra terram, quam etiam militantem appellant, qui perpetuum in terris agit certamen spirituale, donec singuli, et omnes ad metam prosixam perveniant. Militanti opponitur triumphans in Coelis, quae est „societas Sanctorum, apud Deum, aeterna mercede praemissa jam fruentium", de qua loquitur Paulus ad Hebr. 12, 22-23. „Sed accessistis..... ad Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in Coelis." et patiens, quae est societas eorum, qui poenas temporales luunt in purgatorio, donec ad felicitatem aeternam perveniant. - Vinculum efficax intercedere inter Ecclesiam militantem et triumphantem docebimus, in dogmate: de Communione Sanctorum. Nobis in sequentibus de militante tm erit sermo. Illaec militans Ecclesia a membris suis postulat fidem, et quidem fidem Christianam, eamq internam, quam demonstravimus §5, P. III. - Est autem Fides ex principio vere Religionis Christianae assensus dictis veritatibus revelatis ob auctoritatem revelantis Dei in magisterio legitimo conspicuam. - Fides autem potest esse vel explicita, vel implicita. Explicita ille assensus dicitur, qui habetur Doctrinae alicui diserte proposito et cognito. Implicita ille assensus, qui habetur veritati v. g. non diserte expresse v. non cognito, in alia tamen veritate cognita contento. Potest go fides virtualiter, nonnunquam adesse in veritate, etsi inculpabiliter ignorent, ignorantia autem inculpata esse debet i.e. talis, cujus causa ipse non sit, qui veritates illas ignorat, talis dicitur ignorantia invincibilis; ignorantia autem vincibilis illa est, quam removere potest homo. - His jam definitionibus necessario praemissis, explicamus et probamus veritatem thesis, quae in Ecclesia catholica semper viguit, scil: „Extra Ecclesiam non est salus." —

§15. Extra Ecclesiam non est salus.

Et quidem haec propositio multis jam offendiculo fuit et est, et tamen est verissima, semperq retinenda. Est autem sensus ejus hic: Ecclesia Catholica, quae unica vera Xti ecclesia est, sola veram viam monstrat ad salutem aeternam. Est quidem haec propositio verissima, ita, ut secure dicamus, quemlibet Ecclesiam, quae illam suam non facit, veram Christi ecclesiam non esse, quod sequenti modo probamus:

I.mo Una Dei data veritas, repugnantes enim sententiae non simul unico objecto respondere possunt. Quapropter etiam objective, una Dei data Religio vera, et unus tantum ejus verus sensus. Cf 58, P. I.

Quod idem valet quoque in Ecclesia, cui hanc unam Revelationem, unum tantum in sensu veram tradidit, et in qua per suum adjutorium illam conservat, quodsi quis diceret: Alias quasq Ecclesias ab una vera deficientes, illis oppositas, aeq secure viam monstrare ad salutem - hoc idem esset, acsi quis diceret: Deum, qui salutis est auctor, et Retributor, ergo illam veritatem esse indifferentem, et frustra parasse illa media, quae ab Ecclesiis defectivis rejiciuntibus, si aeque certe sanae, etiam sine illis mediis ad eandem metam perveniant, quod repugnat. -

2.do J. Vera Christi ecclesia, quod demonstravimus, infallibilitatis donum, - per quod verbum objective verum definit, agnoscat, necesse est, quam diu autem illud agnoscit, Ecclesias contrarias sententias defendentes, falsas habere, se autem unam veram agnoscere debet. - Quo facto, non potest non agnoscere, se unam viam a Domino praescriptam ad salutem monstrare, secus enim ergo ordinationem Spiritus Sancti ejusq eloquia esset indifferens, - infallibilitatem licet quidem agnosceret, necessitatem autem ejus facto negaret, quia et sine illo idem finis obtineretur. -

3.tio In hac sententia autem confirmamur, quod et Paulus ad Galat 1, 6-9. Anathema dicit omnibus, qui contrariam ab ejus doctrina, nam defenderunt, - apertum signum, illum: veritatis unius Progressionem vetasse, eaq commendasse; tanta cura sane id non fecisset,

id non fecisset, si qualiscung sententiq professionem aeque ad finem ducere credidisset. – Accedunt:

4to. Omnia argumenta reliqua pro unitate Ecclesiae necessaria §8. P III. a nobis allata. Insuper loca ex s. scripturis ut Marc 16,16, Joan 3,18. Petrus coram Synedrio Act 4,12 sqq.

5to. Hanc ipsam porro sententiam omnes lemuerunt Patres. Litamen unum, testem sane antiquissimum S. Ignatium, qui in Epistola ad Philadelphios, tam ad Magnesianos lib. VII scribit: „Ne erredis fratres me„i – si quis schisma facientem sectatur, regni Dei haereditatem non „consequetur; si quis in aliena sententia ambulat, isto passioni Do„mini non est particeps." Ante Ignatius aliud dicit, quam nos defen„dentes, extra ecclesiam non esse salutem.? (Cf. Auctor. pag. 387.) –

Symbolum Athanasii haec habet: „Si quis vult esse beatus, necesse e„ante omnia, ut sit Religionis Christianq, quam nisi quis integram, „inviolatamq servaverit, salutem (ecclesia) ē non poterit." — —

Practice, vita sua hoc dogma comprobarunt Martyres quam plurimi, qui mortem acerbissimam oppetere, quam Religioni Christianq nullum remittere maluerunt, quique absque dubio id non fecissent, nisi eam unice salvificam credidissent. —

Sic ergo verum est; solam veram Christi ecclesiam, ergo nostram, ve„ram monstrare viam ad salutem, seu esse unice salvificam i.e.

„ per media in illa reposita homines recipere gratiam necessariam,

„ qua ex filiis irae fiant filii adoptionis Dei, consequantq viam q„

„ ternam. In eo ergo cardo rei vertitur, ut qui salvari velit, sit membrum hujus ecclesiae verq, id enim ex dictis est, conditio, sine qua non, aeternae. –

Quaeritur jam, quinam reputentur, ut sint membra hujus Eccle„siae verae.? —

§16. Membra verae Ecclesiae.

Non unica propositione absolvitur haec de membris verq Ecclesiq quaestio, sed eundum est, et per partes distinguendum, quod in hacce

in hacce re certum sit, et a nemine in dubium vocatur, id est:

I. Membra verae Ecclesiae reputantur, et sunt omnes, qui illi ipsi coetui, quam veram Ecclesiam Christi delineavimus; ritu a Christo praescripto sunt adscripti; nec ab ipsa Ecclesia hac, quamvis aliquando fuerint adscripti, alieni a coetu suo declarati. - Nihilum sententiae huius veritati ipso iure societatis cuiuscunque, quo putatur ille ejus membrum, qui legitime est receptus, nec a societate expulsus. Nonpefert, sive illi, qui adscripti sunt, perfecti sint, sive imperfecti; i.e. in fide vacillantes, vel interne incredubi, vel peccatores: Iure id defendimus, contra Donatistas, Novatianos, et Lutheranos, qui imperfectos ad Ecclesiam non pertinere asseruerunt. Nisimvo enim ex Matth. 13, in quibus Ecclesia comparatur agro, in quo zizania crescunt cum tritico, Matth 13, 24. sagenae in mare missae, et ex omni genere piscium, bonorum et malorum congregandi, v. 47. - Perfecti membra viva, imperfecti membra morbida sive dicuntur. Ex quo autem sequitur illos, qui quavecunque causa Ecclesiae Christi nunquam sunt adscripti, i.e. haereticici, vel legitime a Christo constituto se non subjicientes, i.e. schismatici, - vel solemni iudicio a visibili coetu fidelium per legitimam auctoritatem pescedi; - i.e. excommunicati, membra Ecclesiae visibilis non esse. - Id enim per se patet, nam in qualibet societate id viget, ut is, qui a societate ipsa repellitur, quamvis antea fuerit ejus membrum, expulsus cesset esse membrum. Haec quidem doctrina extra dubium collocata, vere catholica est, illis, qui tali modo sunt membra Ecclesiae Christi, spes fulget salutis via quidem ordinaria, modo conditiones praescriptas adimpleantur. Ergo ne sic quaerimus omnes pereunt, nullaque spes felicitatis aeternae adesse potest illis, qui foris sunt? cum una sit salutifica Ecclesia, cujus membra sint, qui salvari volunt? - absit, ut id defendamus, - quapropter dicimus:

II. Illos, qui baptizati sunt, adeoque in Christum credant, et votum ardentissimum existendi in vera Christi Ecclesia, invincibili tamen ignorantia, membra vera Ecclesiae putamus, attamen invisibilis,

invisibilis, illisq salutis aeternae obtinendae, spem non denegamus. Sup-
ponimus ergo hoc asserentes in illis, de quorum salute sit sermo,
fidem implicitam in universam, quam Christus docuit doctrinam, sed et
ignorantiam invincibilem, quoad illas veritates, quas materialiter igno-
rant; – imo –
III. Neq desperamus de salute eorum, qui non sunt baptizati si fidem
implicitam in Jesum Christum Salvatorem habent, studii veritatis stu-
dium habuerint, ab illa ignorantia invincibili Christum ignorant. Illos autem:
IV. Qui veritatem possent videre et intelligere, ob sensualitatis autem
desiderium vel qualecunq impurum motivum illam nolunt videre et
amplecti, ideoq contra melioren persuasionem agunt, a spe felicitatis
aeternae excludimus. Attamen:
V. Ea omnia defendimus, in abstracto tm – prohibentes applicationem
ad singulos. Horum jam quatuor ultimorum Propositionum, – pri-
ma jam demonstrata est, reliquarum subjungimus demonstrationem,
et quidem quoad secundam, et tertiam: mens Dei est, „qui“
I. Tim. 2,4. „vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veri-
tatis venire.“ Beneficium qd redemptionis, quoad concilium Dei, mori-
tos ad omnes spectare creditur; – nam Matth 18, 11. „venit filius ho-
minis, quod perierat, salvare.“ – perierant autem omnes – propterea
et Christus pro omnibus mortuus est, qd omnes mortui sumus, et
propter nos omnes mortuus est Christus.“ – Requirit quidem finis
horum salvatio necessario applicationem meritorum Christi, individ-
duis factam. –
Defendimus porro: propterea Christum constituisse Ecclesiam suam, ut
in illa, haec meritorum suorum applicatio fiat; – certum quidem est,
ex una quidem parte Dm omnes homines salvare velle, Christum pro
omnibus mortuum esse, ex altera parte vo homines, nonnisi per appli-
cationem Christi salvari, quod fit in vera Christi Ecclesia; – attamen
adhibito ad hanc ipsam Ecclesiam, quo per omnia possibilem et naturae
supponit cognitionem facili et persuasionem: hanc et non aliam esse
veram illi ecclesiam. Cum jam defectus persuasionis hujus et cogni-
tionis, quod necessario requirimus inculpabiles, et ignorantia invincri-

invincibilis sit: Deum benignissimum et justissimum hunc effectum non imputare credimus. - Cum autem præterea votum ardens veritatis amplectendæ, et existendi in ea Ecclesia, quam Jesus super terram disposuit, adsit, quod pariter requirimus, reapse ad veram Ecclesiam tales, per hoc ipsum votum pertinere, censemus: Certe enim, qui sic animati sunt, quamprimum illa ignorantia invincibilis amoveretur, cœlum vero Christi visibili se consociarent, - Deus jo, qui cordium scrutator ē, et penum, hanc ipsam bonam voluntatem inluetz; et eum ii, de quibus agitz, inculpabi sint, „sub Deo autem provido," ut Augustinus animadvertit, nemo miser ēe possit, „nisi sua culpa". - Hæc autem defendentes, non impingimus in doctrinam Ecclesiæ catholicæ de una salvifica: nam:

I^do. Ecclesia circa hanc rem non tulit sententiam, seu definitionem dogmaticam.

II^do. Nequaquam sumus indifferentes in religionem, quam Christus de cœlo attulit, adeoq in ipsa merita Salvatoris in cruce parta v. in unam salvificam Ecclesiam. Non enim dicimus illos, qui jo„ vis sunt per aliud medium, quam per merita Salvatoris salvari, v. salutem illis contingere sine justificatione Christi, sed defendimus: Deum pro infinita sua bonitate via extra ordinaria, qualibemum „ cunq modo nobis ignota, illis tribuere justificationem, peccatumq delere, et gratiam necessariam dare, ob votum illud ardens, ignorantiam autem invincibilem, fidemq implicitam, quam in rem pulchre scribit S. Thomas Aquinas, quem Ecclesia catholica doctorem veneratur, quæstione 14 de veritate Art. 2., Illoc ad divinam providentiam pertinere, ut cuilibet provideat de necessariis ad salutem, dummodo ex parte ejus non impediatur. Si enim aliquis in silvis nutritus ductum rationis naturalis sequeretur in appetitu boni, v. fuga mali, certissime tenendum est, quod Deus ei per internam inspirationem revelaret ea, quæ sunt ad credendum necessaria, vel aliquem fidei Præconem dirigeret, sicut misit Petrum ad Cornelium." - Distinguimus jo inter applicationem meritorum Christi ordinariam, et extraordinariam, ideoq procul absumus a sententia recentiorum Indifferenti„

Indifferentistarum, qui, quid credatur parum dictitant refere, dum modo Charitas impleatur, qui sic meritis Christi vilipendunt, ejus justificationem respuunt. - Cordi3 ea2 loco profitemur cum Apostolo Act. 4, 12. „Et non est in alio aliquo salus, nec enim aliud nomen est sub coelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri". Propterea postulamus necessario fidem implicitam in veram Sti Ecclesiam, et merita Salvatoris. —

3tio Talem autem extraordinariam meritorum Christi applicationem Ecclesia ipsa agnoscit, eo quod baptismum flaminis - voto, - semper equiparavit, ubi scil. votum ardens, vel sanguis, pro ista fidei vicem ablutionis per agnam suppleret, creditur. Accedit, quod baptismum quoq; haereticorum validum declaraverit, adeoq; in illo, pariter applicationem meritorum Christi fieri credat, quamvis extra Ecclesiam visibilem conferatur. —

4to Patres autem passim docent: infideles percipere sti influxum: - porro universalem de gratiae sufficientis distributione, ut suo loco docebimus, ex quibus patet eos non desperare de salute infidelium. Cf. Wiestii, Tom VI pag. 194. Pro re nostra notamus Dnm: Alexandrum VIII. Pontificem a° 1690 damnasse propositionem Bajo: „Pagani, Judaei, haeretici, aliique hujus generis nullum omnino accipiunt a Jesu Christo influxum." - Concilium autem Carisiacense a° 853. docuit: „Deus omnipotens omnes homines sine exceptione vult salvos fieri, licet non omnes salventur, quod autem quidam salventur, salvantis est donum, quod autem quidam pereant, pereuntium est meritum." Sic & doctrinae, quam proposuimus, doctrinae Ecclesiae catholicae negotium est adversum. Quodsi autem quis dicat, facile quidem concipi, quomodo baptizati extra Ecclesiam catholicam, adeoq; credentes in Deum et agnoscentes illum Filium Dei votum possint fovere, omnem ejus doctrinam amplectendi, - : difficulter vero intelligi: Quomodo ignorantia invincibili veraq; Christi ecclesiae visibilis, laborent illi, qui in medio Catholicorum vivunt? porro, quomodo illi, qui de Christo nequaquam audiverunt, fidem implicitam in Deum fovere possint? Haec in his ego

ignorantia invincibilis concipiatur? Respondemus: Quod priores attinet, in illis ignorantia invincibilis locum habere potest. – novimus enim humanae segnitiei malum tale esse, ut quae certissima sunt, multi non prehendant. – novimus quanta vis insit educationi primae aetatis, quam aegre frangantur praeconcepturum opinionum vincula, novimus, quantae criminationes, quam putridae mendaciae in ipso ore etiamno in Sam Ecclesiam infundantur, novimus proh dolor! non minorem saepe aversionem errantibus creare nostrorum ipsorum defectus, segnitiem, levitatem, imo et vitia morum, quae licet singulorum sint pro tamen judicio Ecclesiae facile imputant, aliunde jam capti et circumsessi homines. Ex quibus omnibus et similibus ignorantia invincibilis in illis quoq explicatur, qui in medio Catholicorum vivunt. – Quod autem illos attinet, qui de Christo nunquam audierunt, etiam in illis fides implicita locum potest habere; – pem sic concipimus. Ratio scil. quod videmus humanae, seu cogitandi virtute positam, et personationem de deo hujus Universi Creatore, Conservatore et Gubernatore, et si tenuem aliquam, tamen sibi informat – jam si quis teneat: Deum sapienter omnia gubernare, huic etiam non difficile persuaseris benignissimum omnia suppeditaturum esse media, quibus genus humanum indigeat ad finem praefixum obtinendum. – Indigere autem hominem adjutorio consequendum, alteri auxilio non difficulter ex agritudine propriae imbecillitatis, et peccatorum commissorum intelligit. Qui go explicite Deum credit, facile pronam habet voluntatem recipiendi, quae ille subministraverit, vel sit subministraturus, et sic credens in Deum credere implicite in opus redemptionis potest. Haec autem pro illustratione dicta sunto, caetera ad internum rei modum pertinent, quem nos ignorare, libenter fatemur. – Quod jam propositionem IV^am^ attinet, illa ulteriori demonstratione non eget, mala enim voluntas per se damnativa in qualicunq negotio, multo go magis in re sanctissima religionis, quod Christus etiam expressis verbis Matth 12, 31, dicit: „Ideo dico vobis, omne peccatum et blasphemia non remittitur" damnat sic malam veritatis pervitientem voluntatem. –

penitentem peccatorem voluntatem. – Propositio autem V ea doctrina Christiana ultro resultat. Deus enim jam in V. T. Deut 32, 35 dicit: „Mea est ultio, et ego retribuam in tempore." – Christus autem Salvator praecipit Matth 7, 1: Nolite judicare, ne judicemini;" quod praeceptum diligenter e notandum, et in re nostra eo magis applicandum, quo majoris momenti res ipsa est, quae pluribus difficultatibus obnoxia, complectens totam hominis alicujus vitam et adjuncta, quae expendere magnam valetudinis requirit. – Haec de membris verae Ecclesiae. –

Nota I. Ex hisce intelligitur, quo sensu Catholicus de invisibili statu Ecclesia loqui salva fide possit, scil a). Quatenus intelligit sub ea Ecclesiam triumphantem et patientem in nexu cum militante. b). Quatenus illos, qui fidem implicitam fovent, et ignorantia invincibili laborant, membra verae Ecclesiae dicit. c). Quodam etiam sensu, quatenus perfectos veros Christianos dicit, aut d). Eo sensu, quo peccatores de Ecclesia invisibilio, quantum, cujus characteristicum solam charitatem dicunt, fidem autem ea prorsus indifferentem, logui nusquam potest. –

Nota II. Male doctrinam nostram intelligeret curator animarum, v. gr. qualiscung alius, qui putet propterea, quia fides implicita salvare potest, non multum emendum esse, ut doctrinae salutaris in dies magis propagetur, capiatq incrementa. Passim enim indifferentismus reus esset, et ignorantiae imputatio in caput ejus recideret. Profecto debet orare, nos docet: „Adveniat regnum tuum." Vae ergo homini, per quem venire potest, et non venit. –

§17. Tolerantia.

Quid demq de tolerantia ex principiis catholicis sit praecipiendum, non difficulter intelligitur, praemittimus antea omnes notiones, nam varias tolerantiae species distinguunt. Tolerare scil. usu latissimo est patienter aliquid ferre, vel etiam aliquid alicui indulgere, sensu angustiori autem illud vocabulum restringitur ad religionem, et notat indulgentiam ergo dissidentes in rebus religionem attinentibus.

attinentibus. Admittitur autem in foro civili et ecclesiastico, et respicit vel personas vt. doctrinam ipsam. Prior dicitur civilis, altera ecclesiastica. Civilis distinguitur in privatam et publicam; privata dicitur etiam naturalis vt. Christiana, et consistit in ea agendi ratione, qua homines in commercio quotidiano erga illos, qui diversa in religione sentiunt, sese obsequiosos exhibent, illisq humanitatis et charitatis officia prostant. publica consistit in facultate, qua hominibus jus civitatis et religionis exercitium, quam profitentur, conceditur. — Ecclesiastica, quæ etiam theologica dicitur, si daretur, esset facultas, ab ipsa Ecclesia concessa, qua quilibet in religionis rebus suum judicium sequatur, quin idcirco a vera fide alienus, aut salutis amittendæ periculo obnoxius declaretur. Notionibus præmissis, thesimus propositiones sequentes:

I. Tolerantia Ecclesiastica vt. theologica non datur. 2da Civilis privata a religione Christiana quam maxime commendatur. 3tio De civili publica judicium ad summos Imperatores, non ad singulos cives pertinet. —

Prima propositio non eget demonstratione. Veritas enim ejus fluit ex iis, quæ de una catholica Ecclesia contra indifferentismum §15 diximus. Tolerantia enim theologica non personas, sed veritatem ipsam spectaret, diceretq, unum idemq ee, quidquid credatur revelatum, quod ut vidimus, repugnat. Illud autem Ecclesia Christi veram theologicam tolerantiam respuat, civilem tamen privatam laudet, et gravissime inculcat, quæ est propositio secunda. Sedulo enim distinguit inter homines errantes et errores; amorem, benevolentiam, mansuetudinem, pacis studium unice spirat, ac præcipit sine discrimine personarum. Dicit enim Salvator Matth. 5, 44 et 45. „Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos, ut sitis filii Patris vestri, qui in Cœlis est, qui solem oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos." Benefaciendo ergo et benevolendo omnibus similes Dei erimus Patri cœlesti. Id ipsum padet porro

ex parabola de misericorde Samaritano, quem Christus laudat Luc 10, quia Judæo, qui in latrones inciderat, misericordiam exhibuit; quo explo nos docet, opera charitatis, multo magis judicio exhibenda ee omnibus, cujuscunq gentis vl religionis sint homines. Ad eandem plum magistri fecerunt apostoli, ut actus eō testantur, præcipiente Paulo Hebr 12, 14. „Pacem sequimini cum omnibus." Modus hujus officii christiani et uberior expositio ad Theologiam moralem pertinet. De civili autem publica judicium fert solus Imperans, cum singulorum non sit judicare, quid saluti universorum in civitate junctorum profiçuum sit, et quomodo status respublicā et incolumis: – Hæc propositio 3.

Nota. Ex his simul patet, Ecclesiam catholicam intoleranciam nequaquam fovere, et quidquid abusuum factum fuerit, non Ecclesiæ ee imputandum. Cf. §9. P III.

§18. Monitum.

Hisce absolvimus demonstrationem veritatis Ecclesiae Romano-Catholicæ, cujus membra ex infinita Patris benignissimi misericordia sumus, et generalia ejus dogmata, quæ dogmatica speciali fundamento sunt. Hæc ee autem excitant nos:

1mo. Ad gratias agendas Salvatori optimo, qui sine meritis nostris in admirabile lumen suum nos vocavit, obligat nos: –

2do. Ut firma fide amplectamur, quidquid Christus per Ecclesiam suam, Spiritu sancto rectam, nos docet, sive in s. litteris continetur, sive in traditione retentum et propagatum sit, fide quidem interna; catholica enim Ecclesia in conscientia suos obligat;

3tio. Ut summa reverentia Ecclesiæ in iis quoq obtemperemus, quæ non stricte ad dogmata pertinent, ex Spiritu tamen Ecclesiæ vera apparent, nostraq privata judicia fiducia melioris semper subjiciamus;

4to. Ut et, in quantum vires nostræ permittunt, agnitionem veræ Christi Ecclesiæ promoveamus iis quidem mediis, quæ Salvator nobis tradidit, docendo, monendo, obsecrando, sed et illa vivendo, ne illi, qui extra sunt, habeant, quo criminentur vitam eorum, qui in gremio veræ Ecclesiæ vivunt, præcipue hujus religionis doctorum,

doctorum, qui sunt sal terræ, per quos condiantur in vitam æternam homines. Semper autem

5te Oremus saltem, quod nunquam non possumus, ut det Pater lumen veritatis omnibus, qui in umbra adhuc mortis sedent, dirigatq; pedes eorum in viam pacis. —

Hisce absolvimus partem Theologiæ dogmaticæ generalem: antequam autem ad specialem transeamus, propter formam, quam sequimur, scientificam, definitiones aliquas, quæ ad formam disciplinæ nostræ pertinent, antea autem tradi non potuerant, sunt adducendæ. —

Appendix.

ad Theologiam dogmaticam Universalem.

Reverlimus unde progressi sumus ad Theologiam, cujus veram notionem hisce præmissis accurate intelligimus. Significat scil. „Theologia sermonem de Deo, et de rebus divinis, seu potius usu loquendi „ex præcepto, scientiam de Deo, rebusq; divinis. Sub scientia autem intelligimus: complexum systematicum Veritatum ad id genus pertinentium, ex principio suo deductorum." — Systematis enim virtus hæc est, ut ex principio, tamquam fonte veritates speciales derivet, et tali ordine pertractet, qui in rei natura fundatus, ut apto nexu cohæreant omnia, una ex alia, si fieri potest, inferatur, præcedentia saltem sequentibus lumen effundant, poterit ergo Theologia definiri: „Scientia Religionis," et id quidem propterea, quia veritates de Deo, ejusq; relationibus conjuncto vocabulo Religionis insignuntur. Cf. §§ PI. —

Nota. Theologia quidem sensu stricto scientia non est, utpote, cum non immediato principio suo supremo ex ratione humana desumpto, at, cum lumen principium nostrum Catholicismi tale sit, ut omnia exinde pie, clare, ac certe deduci possint, ac in nexu pulcherrimo et necessario tradi et Theologiam scientiæ nomine insigniri

insignivit fas est. Quod autem Religionem ipsam attinet, dicimus: humanam rationem, sicut suis principiis religiosas deducat veritates, ea valde imbecillem, nec omnem complexum veritatum necessariarum suppeditare. Conf. Cap. Tertium Pars I. propterea lumine superno opus est, quod per Christum nobis contigit, quod demonstravimus Parte II. hinc intelligitur objectum veri nominis Theologiae per Religionem Christianam tantum dari. - Cum vero extra principium Catholicismi, continuis nonnisi fluctibus, et pariarum doctrinarum procellis circumagitentur, nec fundamentum stabile veritatis revelatae detur (522. Pars III.), sequitur unice veram Theologiam in systemate illum catholico invenire, in quo revera tale principium adest, ad quod, seu ad divinam normam veritas exigatur. —

Hinc vera Theologia, seu Theologia Catholica definitur: „Systema Religionis Christianae ex legitimo suo principio deductum." Religio autem Christiana circa Ecclesiam tota versatur, hujus autem, sicut cujusvis coetus, Ecclesiae sunt quatuor partes constitutivae Pars I, 515. —

Hinc Theologia universa, quatuor partes principales complectitur:

I.^mo Versatur circa Symbolum, exponit veritates theoreticas, quae cum publico nomine Dogmata appellantur, 515, Pars III, hae pars Dogmatica appellatur.

II.^da Versans circa Codicem, audit Ethica.

III. Versans circa ritualia, Liturgica.

IV. Versans circa Hierarchiam ejusque jura, - Jus Canonicum. -

Liturgia et Jus Canonicum veritates theoreticas fundamento esse ex rei natura patet; hinc Dogmatica et Liturgia, et Jus Canonicum innituntur. Cum autem Theologia vera suas demonstrationes ex SS. Bibliis et Traditione hauriat, et principium ejus ipsum Canonem sacrum agnoscit: quod semper ubique et ab omnibus seu divinitus revelatum creditum est, 56, Pars II. hinc studium biblicum et Historiam ecclesiasticam, et hujus partem, studium patristicum, tamquam principales scientias subsidiarias sibi universa Theologia requirit. Theologia pastoralis coronidem toti studio Theologico imponit eo, quod

quod doceat omnia in hisce studiis audita ad populum fidelem modo congruenti applicare. Nobis in disciplina nostra de prima parte Theologiae est forma, quae etiam κατ' ἐξοχήν Theologia vocatur. Theologia dogmatica potuit definiri: „Scientia Religionis Christianae theoretica, ex suo principio deducta." – ita objective: – subjective: „Cognitio systematica Religionis Christianae theoretica ex suo principio deducta." – Haec dividitur: 1mo) in generalem et specialem. Generalis, quam jam absolvimus, monstrat ex variis Religionum formis, quae exstant, Christiano-Catholicam unicae esse veram. Specialis ipsas veritates singulas credendas ex principio deducit. – Dividitur tam generalis, quam Specialis 2do in Thesticam et Antithesticam. – Thetica veritates revelatas enumerat, genuinum earum sensum exponit, ex suis fontibus demonstrat et quomodo ad pias cogitationes, sensiones et bona proposita ingerenda, fovenda et nutrienda faciunt docet, seu usus practicos deducit. – Antithetica, quae et Polemica dicitur, errores, Dogmatibus veris oppositos investigat, et repellit. – Ubique, ut fecimus in generali, conjungemus etiam Specialia. –

Hic quidem objectum disciplinae nostrae clare expositum est. De utilitate scientificae pertractationis doctrinae nostrae, non est, cur multum dicamus. Christus quidem et Apostoli sine systematico ordine veritates religiosas proposuerunt, id autem non prohibet nos, quominus disposita colligamus, in ordinem redigamus et formam, temporis genio accommodemus, manente tamen veritate eadem. Cf. 555. PIII. Fecerunt id suo modo Patres, prioribus jam Ecclesiae saeculis, quamvis stricti nominis systemata non scripserint, fecerunt id Catholici omnium fere, ut historia litteraria studii nostri docet, quae legi possunt in Auctore pag. 434. Faciendum id et nobis eo magis, cum religuae cognitiones omnes ad systematicum ordinem sint redactae, nostra autem dogmatica religionis non ullo non et inferior, de gravitate argumenti omnes, qualescunque cogitationes facile dispenat. Disciplinam autem nostram ordinem scientificum admittere, probant hucusque tractata, probant et sequentia. Singulas partes ex accurate tractandas, valida argumenta proferendo, accurate discernendo, quae de Fide sunt,

sunt, quæ minus, patet ex rei gravitate et temporum adjunctis. Imprimis autem polemica, ante omnia errores oppositos rite cognoscere studeat, ex fontibus genuinis eos hauriat, stadium quæstionis accurate figat, logomachias vitet, et per omnia charitate vere Christiana procedat, criminationibus et mendaciis patientiam et lumen veritatis opponens. Populis: solide errores refutet, ne diversarii habeant et invenant effugia. Systematicum Theologiæ ordinem, patrioni humano deberi, quis moneamus, in propatulo est, cum Christus et Apostoli systema non protulerint — ex quo patet insignis usus, quem pro Theologiae propetat. Illa autem et alia respectu cavere non poterimus, pedimus enim ex ea etiam demonstrationes in illis partibus, quæ objecta sunt revelationis formalis, et veritatum materialiter revelatarum congruentiam ad humanas indigentias ex illa exhibebimus patentes simulque eam, usus practicos ex veritatibus revelatis. Quamvis ergo pro, principium constitutivum Theologiae dogmaticæ dici non possit, insignem tamen usum ei plurimus ex respectibus propetat. —

Si quæratur, quinam Theologiae dogmaticæ, sive ethicæ primo defensores sint petendi? respondemus: unam sine altera considerare non posse: Dogmatica sine Ethica, mera est Speculatio, Ethica sine Dogmatica non habet eam vim et fortitudinem in animos hominum, ut præceptis ejus pareant. Sine Deo enim vir bonus, et infelix dare omnino, Heterodoxias a practicis veritatibus separabit quam pessimus, nequaquam in moralis incrementum. — Redemptionem autem a malo, sine cujus spe studium virtutis languescit, unice exhibet Dogmatica, et malum virtuti addit. Quapropter conjungamus, quæ jungenda sunt; sic salus singulorum et universorum promovebitur modo, Deo digno, et naturæ humanæ convenienti: In natura enim humana, practica, a theoreticis principiis nequaquam existunt separata. Pura denique vocet Theologia Pastoralis. Hæc dixisse sufficiat in Parte generali, et ad Specialem transimus. —

Andreas Machalski

1862. die 30 Octobris.